H. J. POLAK.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

TYPIS A. W. SIJTHOFF.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CHRISTIANI EVERS,

MED. CHIR. ET ART. OBST. DOCT., ET IN FAC. MED. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

In Academia Lugduno-Batava

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

HERMANUS JOSEPHUS POLAK,

LUGDUNO-BATAVUS.

DIE XVIII M. FEBRUARII A. MDCCCLXIX HORA III—IV.

IN AUDITORIO MAIORE.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD JAC^M^. HAZENBERG, CORN^I^. FIL^M^.

MDCCCLXIX.

VIRO PERITISSIMO,

MEDICO CELEBERRIMO

DR. M. POLANO,

ORDINIS LEONIS NEERLANDICI EQUITI CET.

AVUNCULO DILECTISSIMO

HOCCE OPUSCULUM SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

OBSERVATIONES

AD

SCHOLIA IN HOMERI ODYSSEAM.

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura.
Martialis, Epigr. lib. I. 16.

§ 1. „Incredibiliter depravatos circumferri eos libros, unde grammaticae in historia versantibus maxima pars materiae sumenda est,“ quod pronuntiavit vir maximae auctoritatis, qui in hoc certe studiorum genere principem locum obtinet, Carolus Lehrsius [1]), facile concedet, quicunque vel exiguam particulam eorum, quae ex antiquis grammaticis undecunque corrasa supersunt, attente et diligenter perlegerit. Nihil autem est in toto hoc genere corruptius, quam excerpta illa praestantissima ex variorum grammaticorum veterum ad Iliadem et Odysseam observationibus in unum corpus conflatis, quae Scholiorum nomine aetatem tulerunt. Cuius rei multae simul exstiterunt

---

[1]) In: Emendationibus Scholiorum Homericorum, a. 1846 editis. App. ad: Herodiani scripta tria emendatiora edidit K. Lehrs. 1848. pag. 454.

causae. Iam primum enim ipsum hoc excerpendi negotium corruptelis omne genus ansam dedit. Deinde haec excerpta codicum marginibus erant adaptanda, id est, pleraque minutissimis literulis et per compendia siglasque intricatiores scripta in brevissimum spatium coarctanda. Accedit, quod haec iam antiquitus minore cura, quam ipse Homeri textus, transscripta et ab imperitis scribis omnibus modis perturbata, decurtata, corrupta, in talibus codicibus nobis servata sunt, quorum margo detritus, scriptura pallida et situ ac madore evanida saepe sit. Ad hoc, qui hos codices primi edere susceperunt, plerique gravissimo negotio plane impares fuisse iudicandi sunt; posterioribus autem editoribus, in Scholiastarum lingua magis versatis, saepe codicum excutiendorum facultas defuit. Sic factum est, ut etiam in optimis ac recentissimis editionibus Scholia utriusque carminis pluribus locis sensu destituta legantur.

Quam multa autem vitia accuratiore codicum collatione tolli possint, declaravit ad Iliadem Pluygersii, v. cl. disputatio [1]). Vel sic multa restant omnibus codicibus antiquiora, et ex ingenio tantum, ut aiunt, id est coniecturis, in integrum restituenda. Quod quale sit, ostendit in Scholiis ad Iliadem ipse Lehrsius, propositis in corruptissimos aliquot locos emendationibus, paucis illis quidem, sed plane egregiis. Prorsus autem idem valere de Scholiis ad Odysseam, ita ut etiam in nuperrima et optima Dindorfii editione permulta corrupta coniecturis sanari et debeant et possint, ipse ex diligenti et repetita eorum lectione intellexi. Hoc tamen postremum aliter evenit ac putaveram. Nam quum primum haec in Odysseam Scholia dissertationis argumentum habere decrevissem, in animo erat, — ut solemus iuvenes omnia vasta animo concipere, — de aliis omnibus agere, de auctoritate Scholiorum, de necessitudine, quae inter varia eorum genera intercedat, de signis criticis, et quae

[1]) De Carminum Homericorum veterumque in ea Scholiorum — retractanda Editione. Programma Gymn. Leidensis. anni 1846—1847.

sunt his similia: verba scholiastarum etiam post Dindorfii curas corruptissima nonnunquam legi opinabar, sed ita corrupta, ut, quae in integrum restitui possent, emendata legerentur, caetera, quae ille emendare supersedisset, insanabilibus vitiis laborarent. Sed quum inter legendum semel atque iterum locos perturbatos, de quibus Dindorfius aut nihil aut tantummodo eos vitio laborare admonuisset, probabili coniectura sanasse mihi visus essem, atque ut fit, successu audacia crevisset, tandem tanta emendationum et interpretationum seges succrevit, ut, caeteris posthabitis, de his in hoc specimine disserere constituerim.

Quam verum autem sit quod dixi, centenis in locis Scholia esse edita iocularem in modum corrupta et omni sensu carentia, non melius apparere posse arbitror, quam si apposuero locos quosdam, quibus post absolutam demum Dindorfii editionem ex melioribus codicibus excussis insperata lux affulsit. Versamur in libro Odysseae secundo. Indicit Telemachus Ithacensium concionem, de procorum contumeliis et iniuriis questurus. Reponunt aliquid procorum principes, atque in hoc ipso proterve agunt, quam eorum insolentiam plura scholia in singulis persequuntur. Aliquamdiu altercati, nec habentes quod responderent, finem concioni imponere student, et ex reliquorum sententia unus ex principibus, Leocritus, haec dicit: (Odyss. β. vs. 252):

ἀλλ' ἄγε, λαοὶ μὲν σκίδνασθ' ἐπὶ ἔργα ἕκαστος.

Ad hunc versum legitur in S. (Parisino 2894) haec annotatio: *καὶ τοῦτο τῆς προπετείας αὐτῶν, ἀλλ' οὐ συναγαγόντως λύειν.* (Dind. p. 103. l. 11). Haec neque ego intelligo, nec quisquam opinor, unquam poterit intelligere. Editor haec tantum observat: „συναγαγόντως. Corruptum." Bonum factum, quod postea ex cod. H (Harleiano) prodiit lectio verissima haec: *ἄλλου συναγαγόντος λύειν* (Dind. Praef. p. XIV) proxima vero ex T. (Hamburgensi): *ἄλλου συναγαγόντος λύει.* (App. p. 741). Iam omnia sana sunt et intellectu facillima. Erat nempe et hoc eorum petulantiae, (*καὶ τοῦτο τῆς

προπετείας αὐτῶν), concionem, a Telemacho convocatam, sua auctoritate dimittere (*ἄλλου συναγαγόντος λύειν*).

Attuli autem hoc potissimum exemplum vitii codicum ope feliciter sanati, duabus de causis: et ut inde appareret, quantum nobis liceat in libros tam male habitos, et quam facile sit in indicanda vitii sede errorem committere, qui semel commissus omnem spem verae lectionis restituendae irritam faciat necesse est. Namque non in *συναγαγόντως*, ut Dindorfius opinabatur, sed in *ἀλλ' οὐ* pro *ἄλλου* oscitanter scripto primaria erroris origo latebat, et eo tutius latebat, quod haec vocabula, quum per se optime Graeca sint, vitii suspicionem facillime effugere poterant.

Ecce alium locum, cuius sensum assequi etiam ex depravata lectione non erat admodum difficile, verba restituere nemo nisi adstipulante codice ausus esset. Est ad *ν*, vs. 222, ubi de Athena dicitur: *ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα*, ad quae verba leguntur tanquam ex H et Q (Mediolanensi) petita haec: *ὅτι ὁ ποιητὴς ἄρρενας μὲν θεοὺς, θηλείας δὲ ἄρρεσιν οὐδέποτε εἰκάζει* (Dind. p. 568. l. 26). In his quid dicere velit Scholiasta, facile intelligitur, nempe apud Homerum deas saepe deorum figuras mutuari, deos vero dearum nunquam, quam tamen sententiam e verbis, ut nunc ea habemus, nemo facile eliciat. Neque multum, — sed tamen aliquid, — ad emendationem loci confert observatio editoris, *ἄρρεσιν* omitti in Q. Hoc enim vocabulo omisso in promptu erat corrigere, sententia imperfecta quidem, sed non plane absurda: *ὅτι ὁ π. ἄρρενας μὲν θεοὺς θ η λ ε ί α ι ς οὐδέποτε εἰκάζει*. Sed nihil coniectura opus est. Nam, — Dindorfio auctore in Praef. p. LXI in f. — „hoc Scholion sic corrigendum ex H. *ὅτι ὁ ποιητὴς ἄρρενας μὲν θεοὺς θηλείαις οὐδέποτε εἰκάζει, θηλείας δὲ ἄρρεσιν*," quibus verbis perspicue exponitur id, quod Scholiastam voluisse prius erat obscure divinandum.

Leguntur ex E (Ambrosiano 89) ad *θ*. vs. 80 haec quae sequuntur: *ἀ π ε β ί β α σ ε δὲ ὁ Ἀπόλλων τῷ Ἀγαμέμνονι*

μὴ κρατηθῆναι τὴν Τροίαν πρὶν οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων μάχην ποιήσουσιν. Repetiit Dindorfius Buttmanni (Praef. XIII) notam hanc: „Scribendum videtur *ἀνεβίβασε;* quamquam hoc „etiam verbum de oraculo aliunde mihi non notum." (p. 363. l. 8). Recte Buttmannus, quod ad sensum; rectius, si pro vocabulo hic corrupto, *ἀπεβίβασε,* non reposuisset aliud *ἀνεβίβασε,* quod eiusdem momenti est, id est, nihili. Iterum melior codex veriora suppeditabit. „Egregie," — inquit Dindorfius, Praef. p. LV. — „egregie D (Parisinus 2403) *ἀπεφοίβασε,* quo verbo scriptor certaminis Homeri et Hesiodi, Strabo aliique nonnulli usi sunt." Poterat etiam auctoritatem magis in vicinia positam arcessere, nempe eundem nostrum codicem E, qui nomen *Φοῖβος Ἀπόλλων* ad *γ.* vs. 279. ita interpretatur: *ὁ φοιβάζων καὶ μαντευόμενος καὶ τὰ τῶν θεῶν ἄδηλα δηλοποιῶν.* (p. 146. l. 3).

Unum denique eiusdem generis afferam specimen, unde videat lector, — si quis forte mearum nugarum lector erit, — quantillus error quantas turbas dederit. In *φ.* vs. 295. Antinous et alia multa dicit et haec:

οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
ἄασ' ἐνὶ μεγάρῳ μεγαθύμου Πειριθόοιο,

et quae sequuntur. Ad hos versus ex Scholiis Vulgatis (V) eduntur haec: *οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν] Εὐρύτῳ ὅμως μέν, ἕνα τῶν ἐν τῷ Πειρίθου γάμῳ Κενταύρων ἀπολομένων τὸν Εὐρυτίωνα λέγει, ὅτε τὴν Ἀδράστου θυγατέρα — Πειρίθους πρὸς γάμον ἀγόμενος ἐκάλεσε κατὰ συγγένειαν Λαπίθας καὶ Κενταύρους.* Ad priora tria verba Dindorfius repetiit Buttmanni notam hanc: „Haec tria prima verba in edd. rec. omissa sunt. Sed Barnesius reposuit *Ὅμηρος μέν,* „ad fabulae dilucidationem," ut ait, „nec sine MSto Aloysii." Ego quid eo lucremur non video: et mallem eum in MS. invenisse: *Εὔρυτον Ὅμηρος μὲν Εὐρυτίωνα λέγει, ἕνα τῶν — ἀπολομένων, ὅτε κ. τ. ἑ.*" (Dind. p. 702. l. 1). Haec Buttmannus. Evolvamus nunc Dindorfii Praefationis p. LXVII.:

„Recte omnia scripta exhibet O (Bodleianus) *οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα*] *Ὅ μ η ρ ο ς μ ὲ ν ἕνα τῶν* etc. nisi quod pro *Εὐρυτίωνα* habet: *εὐρυτίω.*, unde mirabile istud *εὐρύτῳ* editionis Aldinae ortum." Sic primum quod ad lemma pertinebat, ad Scholion ipsum translatum est, deinde, ut fieri solet, error errorem peperit. Sed haec sexcenties fiunt; illud miror, quomodo ne H o m e r i quidem notissimum nomen intactum ex descriptorum manibus evaserit.

Verum nolo addere plura. Satis superque enim apparet id quod volo: In tanta corruptissimorum locorum copia, quae etiam nunc superest, ubi nulla lux ex codicibus affulget, vel si locus in uno tantum codice servatus est, necessario confugiendum esse ad id coniecturarum genus, quod palaeographicis rationibus planum facere potest, quomodo pro vera, quae reponitur, scriptura, vitium ortum sit, quod nunc textum occupat. Haec autem emendandi ratio eo nonnumquam facilior et evidentior fit, quod permultae observationes ex variis codd., verbis aut parum aut nihil immutatis, diversis saepe locis repetitae inveniuntur.

His igitur exemplis confirmatus, id quod Lehrsius in quibusdam ad Iliadem scholiis praeclare praestitit, ipse in scholiis ad Odysseam praestare virumque eximium sequi conabor, quamquam, ut apud Vergilium est, „non passibus aequis." Igitur, quod mihi reperisse visus sum, statim ordine apponam, si prius de Scholiorum indole, de codicibus et editionibus, pauca verba fecero.

§ 2. Scholiorum quae in Odysseam habemus eandem esse atque illorum in Iliadem primariam originem, eandemque fere indolem, nemo, quod quidem sciam, doctus in dubium vocavit. Quin etiam censet Lehrsius [1]) scholia saltem grammatica et critica

---

[1]) „Verbo moneo hoc opus Odysseam quoque complexum esse." Lehrs. Arist. p. 30,. not. 1.

in Odysseam ab eodem illo esse collecta, qui etiam ex quatuor Aristarcheis, Aristonico, Didymo, Herodiano et Nicanore, unum quasi observationum corpus ad Iliadem confecit. Quod tamen an non ita sese habeat, iure potest dubitari. Sed accuratiore in hanc rem inquisitione nunc supersedeamus. Utut est, recte adfirmavit Lehrsius l. c. „quatuor scriptorum vestigia, quocunque pedem posueris, in scholiis obvia," habetque sibi adstipulantem Dindorfium, qui tamen addit, vestigia illa multo magis quam in Scholiis ad Iliadem esse obscurata, et Didymi Herodianique nomina nonnisi raro diserte commemorari, Aristonici et Nicanoris ex Scholiis plane evanuisse. Quae omnia vera sunt; illud vero, quod statim addit (Praef. p. LXXI), in nostris Scholiis „ne *ὅτι* quidem particulam, ab qua Aristonici Scholia pleraque in Iliadem incipiunt, praeterquam paucis quibusdam in locis" esse relictam, id iusto severius dictum est. Enumerantur in Indice, sub voce *ὅτι*, tredecim loci, accesserunt postea ex annotatione ad Praefationem (p. LXXI) decem [1]), ita ut, secundum Dindorfium, viginti tribus solum locis legatur in nostris Scholiis illud *ὅτι*, Aristoniceorum Scholiorum certissimus index. Et malum factum, quod in tam exili numero insunt, quae propter *ὅτι* ab initio positum ad Aristonici scholia equidem non tuto retulerim, sed quae mihi videntur illius potius generis esse: „ubi *ὅτι* illud ex more omnium veterum Scholiastarum initio notarum positum." (Lehrs., Arist. p. 14, not. 2). Nam quis in animum inducat, legere nos Aristonicum, signa Aristarchi explicantem, in Scholio quale hoc est ad *γ*. vs. 49. *ὁμηλικίῃ* [2]) *δ' ἐμοὶ αὐτῷ.*] *ὅτι ὁ Τηλέμαχος δαιμονίως καὶ* (?)

---

[1]) Loci, in Indice (p. 838) citati, leguntur: p. 174. 3; 175. 11; 214, 2; 215, 16 (immo l. 11); 232, 13; 240, 1; 252, 3 (immo, 258, 3) et l. 19; 262, 28; 271, 10; 275, 12 (immo l. 19); 276, 9; 559, 4. Adduntur in Praef. (not. ad p. LXXI) p. 124, 22; 146, 24; 161, 2; 401, 3; 565, 18; 568, 26, deinde p. 251, 27; 123, 15; 157, 22; 184, 8.

[2]) Apud Buttmannum et Dindorfium, per typothetae sine dubio errorem, legitur *ὁμηλικίην*, mendose, ut ex Homeri textu apparet.

τὸν νέον ἐθεράπευσε τῇ τῆς ἡλικίας ὁμοιότητι, ἐπιδεικνὺς ὡς οὐδ' αὐτὸς ἐσκυθρώπασεν ἐπὶ τῇ πρεσβυτέρου προτιμήσει, (Dind. p. 123. l. 15), quo declaratur, Telemachum non succensere Pisistrato, Nestoris filio, quod Mentori, utpote natu maiori, poculum prius tradiderit. Fieri tamen potest, ut illud ὅτι ὁ, ex optimo Marciano codice insertum, indicium sit amissae Aristonici notae, ad abstractum ὁμηλικίῃ pro ὁμῆλιξ positum explicandum (Cfr. β. 158; —γ. 364, ubi ex H. ὁμηλικίη: ἀντὶ τοῦ ὁμήλικες; et ζ. 23). Sed hoc admodum incertum esse facile concedam, dummodo mihi contra concedatur, observationem, quam ex M et Q posui, non videri esse Aristonici.

Neque magis eius est, quod legitur ad γ. 372, de Athena, subito deae formam induente, (p. 157. l. 22): ὑπὲρ τοῦ πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις τοὺς ἀκούοντας ἐκφανῆ ποιοῦσαν ἑαυτὴν παρεισάγει τὴν θεόν (ex M), quo loco ex auctoritate Harleiani (H.) „ὅτι ὑπέρ κτέ. legendum," suadente Dindorfio, Praef. p. L. Non repugno, modo ne hanc ob rem Aristonici nota putetur.

Sic mihi quidem non admodum Aristonicea videtur observatio ad ε. 310, ὅτι ὑπερεμάχησαν τοῦ σώματος 'Αχιλλέως 'Οδυσσεὺς καὶ Αἴας, καὶ ὁ μὲν ἐβάστασε, ὁ δὲ Αἴας ὑπερήσπισεν, ὡς καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ. Cfr. Scholia Bekkeri ad P. init. Sed hanc notam non tam confidenter quam caeteras Aristonico abiudicare volo.

Igitur, haec si probantur, numerus Aristoniceorum Scholiorum ad Odysseam, si Dindorfii indice standum est, redit ad viginti. Sed levem iacturam, quam his tribus locis damnatis fecimus, ita sarciam, ut statim adducam satis magnum locorum numerum, ab ὅτι incipientium, qui, nescio qua de causa, in Dindorfii indice desiderantur. Sic ad β. 10. ὅτι οὐδὲ ἐνταῦθα μνήμη τίς ἐστι τῆς Κρήτης, contra Zenodotum. — β. 37. στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ] ὅτι δι' ἑκατέρας τῆς ποιήσεως 'Ομηρικὸν ὂν τὸ ἔθος τετήρηται. (HS). Pertinet haud dubie ad chorizontes. — Ad δ. 590. ὅτι οὐκ ἄν, εἰ τέθριππα ᾔδε-

σαν, τρεῖς ἵππους ἐδίδου τῷ Τηλεμάχῳ, quod pertinet ad confirmandam Aristarchi observationem ὅτι δύο ἵπποις ἐχρῶντο, cf. Lehrs., Arist. p. 195 § 3. — Ad δ 602. ὅ τ ι τοὺς ἵππους ἄγαλμα εἴρηκεν ἐν Ἰλιάδι etc. quo loco sine dubio stabilivit Aristarchus suam voc. ἄγαλμα interpretationem, quae ad γ. 274 (pag. 145. l. 18) et γ. 438 (p. 161. l. 25) exponitur. — Ad δ. 630. τοῖς δ' υἱὸς Φρονίοιο] ὅ τ ι καὶ ἐν Ἰλιάδι ἡ αὐτὴ εὐστοχία τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως. (P). — Ad δ. 671. ὅ τ ι τὴν Σάμην Σάμον εἶπεν, (BET). Cfr. p. 44, 12; p. 240, 1. — ubi eadem verba sunt, quae in nostro scholio leguntur, quique locus in indice notatus est, — p. 407, 16; p. 605, 19. — Ad δ. 685. ὅ τ ι τὰ ἰσοδυναμοῦντα παράλληλα τέθεικεν, ὕστατα καὶ πύματα. (P). — Ad δ. 794. ὅ τ ι οὕτως (i. e. ἄψεα) λέγει τὰς συναφὰς τῶν μελῶν, οὐ τὰ μέλη. — Ad ε. 328. ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης] ὅ τ ι ἅμα, ἔτι δὲ καὶ πρὸς τὸ εὔκολον τῆς κινήσεως ἡ εἰκών [1]). — Ad ζ. 8. ὅ τ ι Σχερία ὠνομάσθη ἡ τῶν Φαιάκων γῆ καὶ οὐ Κέρκυρα, καὶ ὅτι ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. (EPQ). Eadem omnia leguntur ad ζ. 204 (Dind. p. 311, 31). Cfr. de notis, ad Ulyssis errores pertinentibus, Lehrs. Arist. p. 244 seqq. — Ad ζ. 98. ὅ τ ι καὶ τὰ τοιαῦτα τηρεῖ, τὸ μὲν γὰρ ἐν ἡλίῳ ξηρᾶναι τερσῆναιλέγει etc. — Ad ζ. 165. ὅ τ ι οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ μέλλεν etc. quae melius exposita sunt p. 41. l. 24. — Ad ζ. 256. ὅ τ ι ἐν πᾶσι φέρεται, ἐμοῦ, ἀλλ' οὐκ, ἐμεῦ'. — Ad ζ. 258. ὅ τ ι ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ τοῦ ἔρδε (nempe ἔρδειν scriptum est). — Ad η. 8. ὅ τ ι συνέστειλεν Ἰακῶς (nempe ἀπειραίη pro ἠπειρωτικὴ positum). — Ad η. 15. πολλὴν ἠέρα χεῦε] ὅ τ ι τῷ Ὀδυσσεῖ περιέθηκε σκότος, οὐ τοῖς Φαίαξιν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς Ζηνόδοτος. (Cfr. ad vs. 41 et 140). —

---

[1]) Posterior Scholii pars, ἔτι δὲ καὶ etc. Aristonici fortasse non est. Nam, Lehrsio auctore, Arist. p. 28 ed. 2ae: „cautio adhibenda, ad quem finem unumquodque Scholion eiusdem auctoris sit. Etenim qui haec congessit ea nonnumquam ratione usus est, ut plures annotationes connecteret per δέ."

Ad η. 25. τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης] ὅτι τὴν πολὺ ἀφεστῶσαν γῆν, οὐ τὴν Πελοπόννησον, ὡς οἴονται οἱ νεώτεροι [1]. — Ad η. 47. ὅτι δύο ὄντων „τοῖσι" εἶπε etc. quod etiam legitur p. 262, 28. — Ad η. 80. ὅτι ἑνικῶς τὰς Ἀθήνας. — Ad η. 107. ὅτι καὶ ἐπὶ ἐρίων ὀθόναι λέγονται. Eadem observatio statim sequitur, cum initio: ἰστέον ὅτι. — Ad η. 222. ὅτι ἀπαρέμφατον ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ, ὅπερ ἀγνοῶν Ζηνόδοτος γράφει ὀτρύνεσθε. — η. 225. ὅτι φιλοχρήματος ἐκ τῶν τοιούτων Ὀδυσσεὺς φαίνεται, „κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε," quamquam de hoc loco dubito. — Ad η. 238. ὅτι πρὸς τὸ τελευταῖον ἀποκρίνεται μόνον etc.

Sed jam taedet plura exscribere. Caetera igitur de genere hoc indicabo tantum strictim, ut, qui velit, ea conferre possit. Videntur esse notae Aristoniceae ad ϑ. 189 (pag. 371, 18). κ. 41 (p. 450, 17). κ. 56 (p. 451, 1). κ. 354 (p. 471, 5). λ. 84 (p. 483, 17) et de eadem re λ. 90 (p. 484, 5). λ. 115 (p. 485, 21). λ. 191 (p. 489, 31). λ. 202 (p. 490. 13). λ. 235 (p. 492, 19). λ. 300 (p. 502, 1). λ. 410 (p. 513, 3). λ. 430 (p. 514, 12). λ. 581 (p. 523, 1). λ. 602 (p. 524, 28). μ. 27 (p. 531, 4). μ. 52 (p. 532, 14). μ. 78 (p. 536, 9). ν. 25 (p. 558, 17). ν. 57 (p. 559, 20). ν. 128 (p. 565, 19). ν. 173 (p. 566, 26). ν. 174 (p. 567, 4). ν. 222 (p. 568, 26). de quo loco, ex postliminio emendato, iam supra egimus, ν. 223 (p. 569, 3). ν. 430 (p. 578, 4). ξ. 106 (p. 584, 9). ξ. 246 (p. 590, 7). ο. 16 (p. 604, 14). ο. 161 (p. 609, 4). π. 2 (p. 621, 21). π. 57 (p. 623, 16). ϱ. 442 (p. 648, 27). σ. 423 (p. 669, 14). τ. 38 (p. 671, 14).

Hi igitur sunt loci, quos equidem investigare potui, qui, quamquam a vocabulo ὅτι incipientes, in indice Dindorfiano

---

[1]) Cfr. Scholia ad Iliad. A, vs. 270, ὅτι παραλλήλως τηλόθεν ἐξ ἀπίης. οἱ δὲ νεώτεροι ἐξεδέξαντο τὴν Πελοπόννησον. Scholia Veneta, ed. Bekker. p. 26, col. 1.

desiderantur. De his omnibus, uno alteroque excepto [1]), non dubito, quin iure Aristonici habeantur. Sed ne sic quidem omnes Aristonici notas, in Scholiorum nostrorum farragine latitantes, indicavimus. Nam superest sat magnus locorum numerus, ubi in Scholii initio non nude legitur *ὅτι*, ad quod subintelligendum signum aliquod criticum versui appictum, (v. c. *ἡ διπλῆ ὅτι, — ὁ ἀστερίσκος ὅτι, — ὁ ὀβελὸς ὅτι* —) sed qui ita incipiunt: *σημειοῦνταί τινες* vel *σημείωσαι* vel *ἰστέον ὅτι*, vel simili modo. Qui loci fere omnes Aristarchi signa critica spectant, ab Aristonico exposita. Ac de eiusmodi scholiis ad Iliadem rem confecit Lehrsius, Arist. p. 9 seqq. Eadem omnia locum obtinent in nostris. Memorabile huius rei exemplum est in *η*. 107 ubi ad *καιροσέων δ' ὀθονέων* primum per solum *ὅτι* annotatum est (ex BHMPT) *ὅτι καὶ ἐπὶ ἐρίων ὀθόναι λέγονται*, deinde ex solo P. *ἰστέον ὅτι οὐ μόνον τὴν λινῆν ἐσθῆτα ὀθόνην ἐκάλουν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῶν ἐρίων ὑφάσματα.* (p. 333. l. 12 et 17). Haec ambo eandem esse Aristonici notam sponte patet. Et de nonnullis talibus monuit etiam Dindorfius, eas Aristonici esse videri, de plurimis tacuit. Monuit ad *β*. 334. *σημείωσαι ὅτι πόνον τὴν ἐνέργειαν καὶ κακοπάθειαν λέγει ὁ ποιητής, οὐδέποτε δὲ τὴν ἀλγηδόνα* (M.) ad quem locum in annotatione posuit illud Cobeti: „Est scholion Aristonici, cui recentiores *σημείωσαι* adiecerunt" (p. 111, l. 20). Eadem observatio de verbo *πένομαι* est ad *δ*, 624 *σημειοῦνταί τινες, ἀντὶ τοῦ ἐνήργουν*. Quae de eodem verbo ad Iliadem dicta sunt, collegit Lehrsius, p. 73 seqq. Sic ad *χ*. 31 haec dicuntur: *οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ τὸ ἔλεγε τὸ ἴσκε, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὡμοίου. ἠπάτηται οὖν ὁ διασκευαστὴς ἐκ τοῦ „ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα,"* ubi in nota est: „Hanc Aristonici observationem esse coniicit Lehrsius, Arist. p. 106" (97 novae edit.). Et ad *ε*. 55. *πρὸς τὰ περὶ*

[1]) De tribus locis non certo affirmare ausim, Aristonici eos esse: *ζ*. 98, *η*. 8, *ϙ*. 225; de caeteris res in dubium vocari nequit.

τῆς πλάνης, ὅτι πόῤῥω που ἐν ἐκτετοπισμένοις τόποις ἀορίστοις, φησὶ γοῦν τηλόθι που τὴν νῆσον εἶναι, ad quae Dindorfius: „Est autem haec haud dubie Aristarchi nota: vid. Lehrs., Ar. p. 250." (p. 244, 2ae ed.) qui conferre iubet notam ad *κ*. 190, *ζ*. 204, *δ*. 356, quem locum apponam ob verissimam Heckeri emendationem, margini exemplaris quo usus est v. d. adscriptam *δῆλον κἀκ τούτου ὅτι ἐξῴκισται ἡ νῆσος, ἐπεὶ* (alioquin) *τί ἐκώλυε Μενέλαον, οὕτως ἔχοντα περὶ τὸν Ὀδυσσέα ὡς καὶ πόλιν ὅλην χαρίσασθαι ἐθέλειν, ναῦν πέμψαι καὶ σῶσαι τὸν φίλον;* Emendat Heckerus *ἐξωκεάνισται*, optime, ut etiam patet ex Lehrsii nota ad p. 247: „occurrit in hac quaestione saepius apud geographum *ἐξωκεανίζειν* et *ἐξωκεανισμός*."

Indicabo nunc reliqua scholia, tali modo incipientia, quae mihi ex Aristonici doctrina fluxisse videntur. Ad *α*, vs. 33, *σημειοῦται Ἀρίσταρχος, λέγων τὸν καὶ σύνδεσμον περιττεύειν.* Sic in Iliade voculae superfluae notantur, enumeratae a Lehrsio p. 11. — Ad *α*. 232. *αὕτη ἡ λέξις (μέλλεν) οὐδέποτε κεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ χρονικῶς, ἀλλ' ἑκάστοτε ἀντὶ τοῦ ἐῴκει.* Eadem observantur ad *δ*, 274, *ζ*, 165. Aristarchi observationem esse, monuit Lehrs. Arist. p. 120 seqq. — Ad *α*, 251 de voc. *τάχα: αὕτη ἡ λέξις οὐ τίθεται παρὰ τῷ ποιητῇ διστακτικῶς ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ, ἀλλ' ἑκάστοτε ἀντὶ τοῦ ταχέως.* Citavit hunc locum ipse Lehrsius, Arist. p. 92. — Ad *α*. 283. *ὄσσαν δὲ τὴν ἐκ θεῶν κληδόνα περὶ ἀγνοουμένων εἰώθασι καλεῖν,* et brevius ex V ad hunc locum et ad *ω*. 413. *θεῖα κληδών, οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τῆς φωνῆς.* Sic ad Iliad. B, 93. Aristonicus: *ὅτι ὄσσα ἡ θεία κληδών, οἱ δὲ νεώτεροι ψιλῶς ἐπὶ πάσης φωνῆς.* Cfr. Lehrs. Arist. p. 88. — Ad *α*. 413. *ἀγνοοῦντές τινες, ἐμεῖο, γράφουσιν· ὁμοίως ἐν Ἰλιάδι, μνῆσαι πατρὸς σεῖο' δέον κτητικῶς,* quamquam de hac nota dubito, non quin Aristarchi sit, sed num Aristonici. Fortasse Didymi est. — Ad *β*. 3. *σημαίνει ὅτι τὸ παλαιὸν ὤμοις τὰ ξίφη περιβάλ-*

λοντο, καὶ ὡς (fort. melius *ὡς καί*. Error ortus ex compendiorum similitudine.) *ἐν Ἰλιάδι φησὶν ὁ ποιητής· „τῇ ῥα δύο τελαμῶνε"* etc. Pertinet ad observationes de heroum armis, in quibus explicandis plurimus fuit Aristarchus. — Idem dicendum de nota ad *β*. 11. *ἅμα τῷγε δύω κύνες — ἕποντο* (Telemacho nempe) *τοῦτό τινες σημειοῦνται πρὸς τὸν ἄγροικον τῶν παλαιῶν βίον*, plane eodem modo ut ad *Σ*. 510. *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἔθος* etc. et alibi non raro. — Ad *β*. 42. *τηρητέον ὅτι πρὸς τὸ πρῶτον τῇ τάξει πρῶτον ἀπήντησε, ὅπερ σπανίως ποιεῖ*. Saepissime in Iliade Aristarcho observatum: *ὅτι πρὸς τὸ δεύτερον πρότερον ἀπήντηκε*, (cfr. Lehrs., Arist. p. 11); in nostris scholiis bis tantum occurrit; ad *ο*, 6: *πρὸς τὸ δεύτερον πρῶτον ἀπήντησε*, et ad *φ*, 278. *πρὸς γὰρ τὸ δεύτερον τὸ πρότερον*. Sed mirum factum est, quod ut hic, sic in Iliade quoque contrarii observatio, nempe poëtam aliquoties etiam *πρὸς τὸ πρῶτον τῇ τάξει πρῶτον ἀπαντᾶν* solere, non propriis Aristonici verbis tradita est, sed per *σημειοῦνταί τινες*. (Ad Iliad. *Z*. 219). — Ad *β*. 326. *ἰστέον ὅτι ἄμαθος ἡ ἐν τῷ πεδίῳ κόνις, ψάμαθος δὲ ἡ περὶ θάλασσαν*, quae Aristarchi esse demonstravit ex Iliadis scholiis Lehrs., Arist. p. 123 seqq.

Reliqua iam summatim indicabo. Fortasse Aristonici est ad *β*. 381. *δῶμα* non semper *τὴν ὅλην οἰκίαν* dici sed et nonnunquam *τὸ ἐνδότερον αὐτῆς μέρος* [1]). — Ad *γ*. 274 et 438

---

[1]) Hanc observationem Aristarchi esse eo probatur, quod ea usus est contra criticos, qui Od. *α*, 356 et 360 mutare voluerunt, ut patet ex memorabili scholio ad vs. 356. *ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα*] *ὅσοι μεταγράφουσιν· „ἀλλὰ σύγ' εἰςελθοῦσα"* καὶ (360) *„ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν θάλαμόνδε βεβήκει," λέγοντες ὡς ληρῶδες οἶκοι τὴν Πηνελόπην οὖσαν προστάσσεσθαι οἴκαδε ἀπελθεῖν, ἀγνοοῦσιν ὡς Ὅμηρος τὸν οἶκον ποτὲ μὲν καθολικῶς λαμβάνει, ἄλλοτε μερικῶς ἐπὶ τοῦ ἀνδρῶνος ἢ τῆς γυναικωνίτιδος* etc., quamquam vs. 356 cum tribus seqq. ab Aristarcho damnatus est, sed aliam ob causam, *ἄμεινον λέγων αὐτοὺς ἔχειν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἐν τῇ τοξείᾳ τῶν μνηστήρων*. Quae Didymi esse suspicor.

de significatione Homerico voc. ἄγαλμα, quod iisdem verbis legitur apud Apollonium Sophistam in voc., prope iisdem ad Iliad. Δ, 144. — Ad γ. 109. πρόδηλον ἐντεῦθεν, ὅτι ὅπου ἐτελεύτησαν, ἐκεῖ ἐθάπτοντο etc. quae Lehrsius ipse Aristonico vindicavit, p. 197, — ad γ. 467. σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐν πυέλῳ ὄντες περιεβάλλοντο διὰ τὸ αἰδεῖσθαι. — Ad δ. 118. de μὶν et αὐτὸν παράλλήλως positis. — Ad δ. 134. de significatione voc. νῆμα. — Ad δ. 429. τοῦ Ἀριστάρχου σημειοῦνταί τινες ὅτι δόρπον τὸ δεῖπνον, quo loco de verbis τοῦ Ἀριστάρχου recte observat Dindorfius, ea „loco alieno illata esse" (App. p. 758) monetque in cod. (H) post id vocabulum duo puncta esse (:). (Praef. p. LIII). Et sane in his aliquid turbatum est, quamquam de mendi origine et de remedio nihil certi statuere possum. Fusius de δεῖπνον, δόρπον etc. agitur ad β. 20, et plane ad mentem Aristarchi, (cfr. Lehrs. Arist. p. 127, qui scholia ad Iliadem hac de re ordine apposuit) ita ut non dubitem, quin et hoc scholion ab Aristonico originem duxerit. Eiusdem esse observationem ad π, 2, ductam ex H: ἅπαξ ἐνθάδε τὸ ἄριστον καὶ ἐν Ἰλιάδι (p. 621. 21) apparet ex scholio ad Ω, 124. ἡ διπλῆ ὅτι ἅπαξ νῦν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὸ ἄριστον etc. — Ad δ. 644. de discrimine inter θῆτες et δμῶες. — Ad δ. 678. σημειοῦνταί τινες πρὸς τὸ περὶ τῆς Ὀδυσσέως οἰκήσεως. — Fortasse etiam Aristonici est observatio ad ε. 272. de Boöte: σημειοῦνταί τινες ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ ἀρκτοῦρος λέγεται. (p. 270, 6). — Ad ζ, 86 ex Q. σημειωτέον τὸ ἀσύντακτον τῶν χρόνων et statim deinceps ex P. σημειωτέον τὴν ἐναλλαγὴν τῶν χρόνων, οὐ μὲν ἦσαν, οὐ δὲ ῥέει. πρὸς ὃ ἡ διπλῆ. — Ad ζ. 167. σημείωσαι ὅτι καὶ τὸ δένδρον δόρυ καλεῖ, (quem tamen locum dubitanter tantum inter Aristonicea pono). — Certiora sunt quae ad ϑ. 163 de φόρτου μνήμων leguntur: τοῦτο δὲ τινὲς σημειοῦνται πρὸς τὸ ἀγνοεῖν γράμματα τοὺς ἥρωας, quae Aristarchi sententia fuit, cfr. Lehrs. Ar. p. 95. — Ad η. 126. πρόςτὸ ἕτερον, ὅτι ἐπὶ δύο etc. —

Ad ι. 198, ad κ. 510. (sed nolo de hoc scholio quidquam certius affirmare). — Aristonici esse crediderim etiam quae observantur ad κ. 124. δῆλον δ' ἐκ τούτου ὅτι ᾔδεσαν ἰχθύων τροφήν. Ad μ. 2. δι' ὅλου θάλασσαν ἀπὸ ὠκεανοῦ διαστέλλει ὁ ποιητής, cfr. Lehrs., p. 174. — Ad ν. 90; ad τ. 28 ad vocc. χοίνικος ἅπτηται] - - ἅπαξ ἐνταῦθα ἡ φωνή. καὶ οὐ διὰ τοῦτο χωριστέον τῆς Ἰλιάδος τὴν Ὀδύσσειαν· κἀκεῖ γάρ εἰσι τοῦδε εὐτελέστερα ὀνόματα, etc. planissime ut ad Iliad. Λ. 147, — ut etiam Dindorfius in annotatione monet, — ubi ad ὅλμον δ' ὥς haec habemus ex cod. A. ἡ διπλῆ δέ, ὅτι ἅπαξ ἐνταῦθα κέχρηται καὶ ὅτι ἐν Ἰλιάδι εὐτελέσι κέχρηται λεξιδίοις, οὐ μόνον ἐν Ὀδυσσείᾳ. — πρὸς τοὺς χωρίζοντας. Finem faciam in indicanda nota ad χ. 20. σημειῶδες· ἀεὶ γὰρ τὸ βάλλειν παρ' Ὁμήρῳ ἐπὶ τοῦ τυχεῖν, quam Aristoniceam esse, patet ex scholiis in Iliadem, in quibus ea observatio centies recurrit. (Cfr. Lehrs., Arist. p. 60).

Tandem recensebo locos illos paucissimos, in quibus signorum Aristarchi criticorum diserte mentio fit. Ad α. 99. εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος] ἀθετοῦνται μετὰ ἀστερίσκων, ὅτι ἐν τῇ ε' τῆς Ἰλιάδος καλῶς. Iterum ἀστερίσκοι commemorantur, sed nunc ab Aristophane appicti ad γ. 71. ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστέ] τοὺς μετ' αὐτὸν τρεῖς στίχους ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐνθάδε σημειοῦται τοῖς ἀστερίσκοις, ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος λέγονται καὶ ὀβελίσκους τοῖς ἀστερίσκοις παρατίθησιν, ὡς ἐντεῦθεν μετενηνεγμένων τῶν στίχων [1]) etc. Item ad ν. 398—401. ἀθετοῦνται μετὰ ἀστερίσκων, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς μετενηνεγμένοι. Et ad ξ. 188. ὁποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο] ἀστερίσκος πρόσκειται ἄχρι στίχων γ', ὅτι νῦν ὡς πρὸς ῥάκεσιν ἠμφιεσμένον ὀρθῶς λέγονται· ὡς

---

[1]) Consulto praetermisi, quae de hoc scholio in varias partes disputata sunt, Nauckium inter, (Aristoph. Byz. Fragm. p. 17) qui assentientem sibi habet Sengenbusch (Hom. Diss. I, p. 51), et Osannum, Anecd. Rom. p. 78.

δὲ πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ὁμοιωθεῖσαν Μέντῃ καὶ βασιλικὴν ἔχουσαν στολὴν οὐ πάνυ, ubi (α. 171.) haec tantum leguntur οἰκειότερον ταῦτα ὑπὸ Εὐμαίου ἂν λέγοιντο, διὸ ἔν τισιν οὐκ ἐφέροντο, sed nihil ibi est de signo critico, quod tamen et huic loco adhaerere debuit, nam verosimile est Aristarchum ex constanti sua consuetudine ibi ὀβελὸν addidisse τοῖς ἀστερίσκοις, vel, ut solenne est in nostris, ἠθετηκέναι μετ' ἀστερίσκων. Idem usu venit ad τ. 4—12. οἱ ἀστερίσκοι, ὅτι ἀναγκαίως ἐνθάδε, ὅτε καὶ ἑώρακε τὰ ὅπλα. Contra hi versus ad π. 281. damnantur, sed et ibi de signo critico, quod tamen et huic loco addendum erat, ut supra significatum est, nulla omnino facta est mentio. — Διπλαῖ commemorantur his locis: β. 89. ad τάχα δ' εἶσι τέταρτον] ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἑξῆς δοκοῦν ἀσυμφώνως λέγεσθαι etc. — ad ε. 422, ad verba:

ἐξ ἁλός, οἷά τε πολλὰ τρέφει κλυτὸς Ἀμφιτρίτη

hoc est scholion: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα (i. e. κλυτὸς subst. feminino adiunctum, ut patet ex scholio in cod. E)· καὶ ὅτι ἐν θαλάττῃ ὢν λέγει· ἐξ ἁλός. — Et ad ε. 453. ἐς ποταμοῦ προχοάς] ἀντὶ ἀντωνυμίας τὸ ὄνομα. - - ἡ διπλῆ οὖν παρακεῖται πρὸς τὸ τῆς ἑρμηνείας ἴδιον. — ζ. 86, σημειωτέον τὴν ἐναλλαγὴν τῶν χρόνων etc. quod iam supra attulimus. — Ad η. 138. ἡ δὲ διπλῆ πρὸς τὸ ἔθος, καὶ ὅτι ,κοίτου' ἀρσενικῶς φησι. — ζ. 303. προειπὼν δώματα ἐπήνεγκε δόμος, πρὸς ὃ ἡ διπλῆ. — Signi, quod κεραύνιον dicitur, semel tantum, si recte vidi, iniicitur mentio, nempe σ. 282. ad quem locum ex H. editur: εὐτελὲς τοῦτο, διὸ καὶ κεραύνιον παρέθηκεν Ἀριστοφάνης.

Sed haec sufficiant. Atque fortasse pluribus iam haec exsecutus sum, quam instituti mei ratio poscebat. Igitur plura sciens praetermisi, ubi res non extra dubium posita erat, v. c. in enumeratione satis frequenti τῶν ἅπαξ εἰρημένων et in illis locis, ubi post interpretationem vocabuli vel rei expositionem adiicitur illud οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι vel οἱ δὲ νεώτεροί φασιν vel οὐχ ὡς οἱ γλωσσογράφοι, quae habent omnia colorem

Aristoniceum, sed quorum accuratior in singulis investigatio prolixiorem disputationem posceret, quae posterioris fortasse curae erit. Illud certe ostendi, nimis severe Dindorfium iudicasse de exiguo Aristoniceorum ad Odysseam scholiorum numero in nostris codd. servato. Vel sic ei libenter concedo, etiam si omnia, quae huc trahi possint, quam accuratissime in unum colligantur, Aristonici notarum, si cum magna illa ad Iliadem copia comparentur, numerum perexiguum tantum hodiernis Odysseae scholiorum collectionibus inesse. Etiam illud addo, in universum observationes grammaticas et criticas, pro portione, multo in nostris minorem quam in Iliade locum occupare, prae ingenti multitudine observationum etymologicarum et allegoricarum et praesertim eius generis, quarum auctores *λυτικοὶ* et *ἐνστατικοὶ* appellantur. Quod utrum codicibus sit imputandum, an ea de causa factum, quod veteres critici plus curae Iliadi impenderint quam Odysseae, nunc quidem in medio relinquo.

De indole autem Scholiorum dicendum est idem, quod de cuiusque generis farragine dici potest: inesse bona et utilissima, inesse simul et pessima. Valet hoc praesertim de notis *τῶν λυτικῶν* et *τῶν ἐνστατικῶν*, quibus insunt, quarum insulsa et inutilis loquacitas non melius quam ex specimine cognosci potest. Eius igitur generis nonnulla proferam. Narratur, *ρ*. 462, Ulyssem mendici habitu ludibrio haberi ab Antinoo, cui quum insolentiam exprobravisset, iratus Antinous ita:

> „*νῦν δὴ* (inquit) *σ' οὐκέτι καλὰ διὲκ μεγάροιό γ' οἴω*
> *ἂψ ἀναχωρήσειν, ὅτε δὴ καὶ ὀνείδεα βάζεις.*"
> *ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ θρῆνυν ἑλὼν βάλε δεξιὸν ὦμον*
> *πρυμνότατον κατὰ νῶτον* cet.

ad quae est Scholion ex Q. huiusmodi: *εἰώθαμεν ἐν ταῖς ὀργαῖς ῥίπτειν ὃ ἐπὶ χεῖρας ἔχομεν*. Hoc demum est res explicare! Peius etiam est, ubi Scholiastae suavissime cum Homero colloquuntur in hunc modum. Admonet Athena Ulyssem,

ut, simulatque in Phaeacum regiam pervenerit, sese praesertim in Aretes amicitiam insinuet; quod si feceris, inquit,

εἴ κέν τοι κείνη γε φίλα φρονέῃσ' ἐνὶ θυμῷ
ἐλπωρή τοι ἔπειτα φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, (η. vs. 75 seqq.)

ad quae haec scholiastes nescio quis: ὡς γελοίως, ὦ βέλτιστε, οὐ γὰρ τῷ δικαίῳ ἀλλὰ τοῖς φίλοις φησὶν αὐτὴν βοηθεῖν (p. 327. l. 11). Eiusdem farinae est, θ. 63. de Demodoco:

τὸν περὶ μοῦσ' (Schol. lemma μοῖρ') ἐφίλησε, δίδου δ' (ἀγαθόν τε κακόν τε,
ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν,

ad quae observatur: οὔκουν, ὦ Ὅμηρε, θαυμασίως αὐτὸν ἡ μοῖρα ἐφίλησεν, εἰ τῶν ὀφθαλμῶν μὲν ἐστέρησεν, ἀοιδὴν δὲ ἀντὶ τούτου ἐχαρίσατο, ὥσπερ δῆτα καὶ σὲ ὕστερον (p. 360, l. 27) quae ex Constantinopolitana doctrina videntur profecta. Sed, quod magis mirum, etiam in grammaticis rebus aliquotiens erratum est, ut v. c. α. 59 seqq.

αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται,

qui versus absurde ita paraphrasi redduntur: ὁ πρότερον ἐπιθυμῶν καπνὸν τῆς πατρίδος ἰδεῖν, νῦν εὔχεται διὰ τὰ κατέχοντα (κακὰ addit margo Pluyg. ex M) τελευτῆσαι, quum sententia aperte ea sit, ut dicat Athena, Ulyssem tanto patriae amore flagrare, ut si eam viderit modo, mori non recuset, quemadmodum in eandem sententiam ipse Ulysses apud Phaeaces dicit: (η. 224 seqq.)

ἰδόντα με καὶ λίποι αἰὼν
κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα. [1])

---

[1]) Magis mirum est, fuisse etiam inter recentiores Homeri interpretes, qui haec ita vel simili modo interpretarentur, v. c. Faesi, cuius haec adnotatio est: „er wünscht sich aus Verzweiflung den Tod und würde sich glücklich fühlen, wenn er auch nur den Rauch von seiner Heimat aufsteigen sähe."

Etiam in his, δ. 771, ubi de Penelope proci dicunt:

„ἦ μάλα δὴ γάμον ἄμμι πολυμνήστη βασίλεια
ἀρτύει, οὐδέ τι οἶδεν ὅ οἱ φόνος υἷι τέτυκται,"

male explicatum est illud οἱ in hunc modum: ὅτι φόνος τῷ υἱῷ αὐτῆς ηὐτρέπισται· ἡ γὰρ οἱ ἀντὶ γενικῆς ἐστι. Absurdius etiam, si fieri potest, σ. 8 de Iro,

ὅς ῥ' ἐλθὼν Ὀδυσῆα διώκετο οἷο δόμοιο

se expediverunt, medium διώκετο ita interpretantes παθητικὸν ἀντὶ ἐνεργητικοῦ, suntque multa huiuscemodi, quae nunc non studiose conquiram.

Nec raro comminiscuntur scholiastae absurdissimas varias lectiones, ex scripturae vitiis ortas, ut β. 87:

σοὶ δ' οὔτι μνηστῆρες Ἀχαιῶν αἴτιοί εἰσιν,

haec suppeditatur pulcherrima varians lectio: γρ. καὶ ἀχέων, ἤγουν τῶν θλίψεων, ἡ ὀξεῖα παρὰ τῷ ποιητῇ ἐκτείνει, quod supra quam dici potest ridiculum est, ex vitiosa recentiorum pronunciatione ortum. Ex simili fere causa natum est aliud non minus portentosum ad ρ. 529. Colloquuntur Penelope et Eumaeus, de Ulysse mendici veste et habitu in domum suam introducto. Quaerit ex Eumaeo Penelope, cuias sit mendicus ille, et cum eo se colloqui velle significat, percontatura, an ille Ulyssem viderit vel de eo inaudiverit aliquid; loquiturque ita:

ἔρχεο, δεῦρο κάλεσσον, (scil. τὸν πτωχὸν) ἵν' ἀντίον
(αὐτὸς ἐνίσπῃ.

Vix credibile est, in optimo Harleiano ad haec, ἵν' ἀντίον αὐτὸς ἐνίσπῃ adnotari: γρ. ἵν' Ἀντίνοος, quemadmodum ἀχέων supra in Marciano scriptum est, et ipso codice optimo, et paulo ante, ρ. 50, itidem ex H. pro τελὴέσσας ἑκατόμβας, γρ. Τηλέμαχ' ἑκατόμβας, ubi tamen Buttmanno aliquid suboluit. Iterum ex H haec sunt ad voc. κυδαλίμοισι, ξ, 206: γρ. ἠνδαλίμοισι, quod Porsonus docuit natum esse ex similitudine nexuum ην et κυ. (Odyss. tom. III. p. 88). Non probavit optimam emendationem Buttmanno, haec obiicienti: „Por-

sonus prius de hac varietate loquens eam manu recentissima scriptam dicebat, docens simul quam solennis in mss. syllabarum *κυ* et *ην* sit permutatio. In Postscripto autem errasse se dicit, et scripta haec a manu, si non ipsius scholiastae Harl., certe non multo juniore. Videndum igitur an varietas illa ita scripta, *ἰνδαλίμοισι,* inter antiquas lectiones referenda sit, cum *εἰδάλιμος* sit vox Homerica, et *ἰνδάλιμον, εὐειδές* reperiatur apud Hesychium, quamvis in serie vocum ab *ἰδ* incipientium, ideoque in recentioribus editionibus mutatum in *ἰδάλιμον.*" Repetendo videtur haec probasse ipse Dindorfius. Nihilominus credo Buttmanno, viro sagacissimo, ipsam suam sagacitatem fraudi fuisse, et nihili faciendam esse hanc variam lectionem, ut vel ex eo patet, quod ex eodem H ad *π.* 212, *ἡμὲν κυδῆναι,* idem vitium enotatum est: *γρ. ηὐδῆναι* [1]). Simili modo in hoc cod. *ϑ.* 212 pro *οὐδ' ἀϑερίζω* procuditur varia lectio *γρ. οὐδ' εὐϑερίζω,* de qua Dindorfius: „*οὐδ' εὐϑερίζω* non minus absurdum quam quod est in P. *οὐδ' ἀποϱίζω,*" et notum est, nonnunquam *α* et *ευ* ita exarari, ut prorsus nisi ex sensu distingui nequeant.

Quoties autem glossemata pro variis lectionibus nobis venditaverint etiam optimi scholiorum codices, enumerare longum est. Sufficiat inspexisse *α,* 89 *ϑείω: τινὲς γρ. ϑήσω* ex H et M, ad quae Dindorfius: „*ϑήσω* est etiam in P adscriptum, sed omisso *τινὲς γρ.* ut glossema potius esse videatur quam varia lectio" (p. 25, 10), et *α.* 361. *μῦϑον: γρ. λόγον* et *β.* 40, *τάχα εἴσεαι: γρ. τάχα μαϑήσῃ,* et *β.* 105 *νύκτας: γρ. νύκτωρ* et *β.* 169, *λωΐτερον: γρ. λώϊον* et *β.* 334, *ὀφέλλειεν: γρ. ἐπαυξήσειε,* ad quae singula sedulo adnotavit Buttmannus, esse ea glossemata manifesta.

Tandem etymologiae deliramenta inesse plurima, eorumque nonnulla ex auctoribus, quales sunt Aristonicus et Herodianus,

---

[1]) Ita ad *λ.* 446 habet: *γε νέκυν* et supra scr. *γρ. γε νέην,* ad quae Porsoni observatio est: „merus error, sed observari non inutilis." p. 71.

nemo mirabitur, qui reputet, etymologiae inscitiam commune esse antiquitatis malum et etiam optimos nonnumquam transversos rapuisse. Sic legitur ad *α*. 75 bellissima hercle nominis Odyssei etymologia, a doctissimo auctore, Sileno Chio, excogitata, his verbis: *Ὅμηρος μὲν ἐτυμολογῶν τὸν Ὀδυσσέα πεποίηκε τὸν Αὐτόλυκον λέγοντα· „πολλοῖσιν γὰρ ἐγὼ δὴ ὀδυσσάμενος τόδ' ἱκάνω." Σιληνὸς* (*Σειληνὸς* scribendum esse recte monet Dindorfius in Ind. p. 805) *δὲ ὁ Χῖος ἐν δευτέρῳ μυθικῶν ἱστοριῶν* (*ἐστὶ δὲ δύο βιβλία*) *Ἀντίκλειάν φησι τὴν Ὀδυσσέως μητέρα ἐγκύμονα ὁδεύουσαν παρὰ τὸ Νήριτον, ὅπερ ἐστὶ τῆς Ἰθάκης ὄρος, ὕσαντος πολὺ τοῦ Διὸς ὑπὸ ἀγωνίας καὶ φόβου καταπεσοῦσαν τὸν Ὀδυσσέα ἀποτεκεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ταύτης τῆς ὀνομασίας τυχεῖν, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὗσεν ὁ Ζεύς.* Leguntur haec iisdem prorsus verbis concepta in Etymologico Magno (col. 558 ed. Sylb.) et in Etymologico Gudiano (col. 419), breviora, sed in eandem sententiam, in Scholl. ad *α*. 21, ubi quod adnotavit editor „etymologia inepta," de omnibus paulo reconditioribus tuto dici potest. Eiusdem generis est pervulgatissima illa voc. *ἀσάμινθος, ἀπὸ τοῦ ἄσις ἡ ῥύπος, ἥτις μινύθει καὶ ἀφανίζει αὐτόν* (p. 166. l. 6) quam propterea etiam commemoravi, quia idem legitur p. 394. l. 1. *ἀσάμινθος λέγεται διὰ τὸ μινύθειν καὶ οἷον ἀφανίζειν τὴν ἄσην ἤτοι τὸν ῥύπον*, ubi, quoniam frequens est permutatio vocabulorum *ἄση*, quod significat *λύπη* et *ἄσις, ῥύπος*, scribendum: *ἄσιν*. Sic ad *δ*. 563. datur haec *τοῦ Ἠλυσίου πεδίου* etymologia: *ἐκ τοῦ λύω. λύονται γὰρ τῶν βιωτικῶν δεσμῶν οἱ ἀπελθόντες ἐκεῖ. καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ η Ἠλύσιον.* Nostra autem de campo Elysio scholia, quod mirum, in multis non conveniunt cum iis, quae apud Hesychium, Suidam, Etymologicorum conditores scripta sunt, qui autem omnes, ut facile conferenti patet, eundem auctorem alius alio modo excerpserunt. Quod etiam hanc ob causam monendum duxi, quoniam Hesychii locum ex Etymologici Gudiani collatione melius constituere posse mihi

videor. Hesychii verba haec sunt: Ἠλύσιον: μακάρων νῆσος. εἴρηται δὲ ἐν ἴσῳ τὸ, οὐ λύσιον· ὅπου οὐ διαλύονται ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ ψυχαί etc., ad quae haec observavit in nota Alberti: „Reiskius legit: ἐν ἴσῳ τῷ, οὗ (ubi) λύσιον, ὅπου διαλ. etc. Sed vid. Etym. M." (col. 1627, tom. I). Recte repudiavit Reiskii coniecturam, quae planissime refutatur loco Etym. Magni, quod prius ita: παρὰ τὸ λυτὰς σωμάτων ἐκεῖ μένειν τὰς ψυχὰς, τοῦ α πλεονάζοντος; mox, paucis interiectis: ἢ ὅπου οὐ διαλύονται αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων. Tolle οὐ et bis idem dicet Etymologicum, quod quamquam ineptum, non tamen tam amens est. Sed mihi illud ἐν ἴσῳ τὸ de vitio suspectum est, sensitque etiam difficultatem Reiskius, scribendum ducens: ἐν ἴσῳ τῷ. Fortasse melius erit, Etymologicum Gudianum sequi, haec ita scripta exhibens: Ἠλυσίων (Ἠλύσιον?), ἡ μακάρων νῆσος, εἴρηται δὲ ἐν νήσῳ τὸ ἀλύσιον, ὅπου (οὐ inserendum) διαλύονται αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων. (col. 241). Sed, — ut aliquando ad propositum redeamus, — in toto hoc ineptiarum genere nihil pulchrius est, quam quod legitur in Scholiis nostris p. 50. l. 4. ἄψ: ὀπίσω· καὶ ἀποκοπῇ τοῦ ω ὄπις, καὶ συγκοπῇ τοῦ ι ὄπς, καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς α καὶ τοῦ π καὶ σ εἰς ψ, ἄψ, qua de etymologia nihil dicam nisi hoc, eam nimiam visam esse etiam Etymologici Magni auctori, non ita severo iudici: Πλούταρχος [1]) δὲ ἀπὸ τοῦ ὀπίσω τὸ ἄψ λέγει εἶναι, τοῦ ο εἰς α τραπέντος, καὶ τοῦ π εἰς ψ· τοῦτο δὲ βίαιον. Ex quibus omnibus apparet, quantae sordes commistae sint cum multarum rerum

---

[1]) „Plutarchi locus est in libello περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων, titulo: de Dorica dialecto." Sylburg. Plutarchi locum, qui in Pseudepigraphis est, indicavit etiam in App. p. 738 Dindorfius, loci tamen Etymologici M. nulla mention facta. Apud Pseudo-Plutarchum haec dicuntur: καὶ Δωριέων μὲν τῇ συνήθει τῆς βραχυλογίας ἐλλείψει κέχρηται, — — — καὶ τὸ ὀπίσω, ἄψ, μεταβαλὼν τὸ μὲν ο εἰς α, τὸ δὲ π καὶ τὸ σ εἰς τὸ συγγενὲς αὐτοῖς. (Plut.) Mor. p. 1075 B.

notitia, quas scire interest, et plane in his usu venit decantatum illud Homeri:

πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. (*δ*. 230).

Eadem omnia valent de Scholiastarum lingua, quae nonnunquam vitiosam medii aevi *συνήθειαν* refert, quemadmodum ad *λ*. 579 legitur interpretatio voc. *δέρτρον* his verbis concepta: *ὅπερ ἡ πολλὴ γλῶσσα φλάμουλον οἶδε καλεῖν* (p. 522, 4). Saepissime contra optime Graece loquuntur scholiastae, praesertim in longioribus *τῶν λυτικῶν* et *ἐνστατικῶν* fragmentis, nec sine affectata elegantioris Atticismi ostentatione, qua re neglecta initio in errorem sum inductus, quemadmodum etiam Buttmannus eo semel et bis erravit, *σεαυτὸν* pro *ἑαυτὸν* inferendo, quod more recentioris Atticismi ita positum est [1]). Ipse erravi in scholio ad *α*. 161. Quaerit Telemachus ex Athena, Mentae forma induta, ecquid de patris reditu fando acceperit,

ἀνέρος οὗ δήπου λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ,

ad quem locum scholiasta ita: *προληπτικῶς, ἵνα μὴ παραμυθούμενος αὐτὸν ὁ ξένος* ***π ο λ λ ά κ ι ς*** *ψεύσηται. „στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν."* (Antigone, vs. 277). Sententia haec est: ipse Telemachus statim dicit, suspicari se patrem non amplius in vivis esse, ne forte hospes falso referat, eum esse superstitem, eo videlicet animo, ne eum (Telemachum) dolore afficiat. Sed offendebar illo *πολλάκις*. Quid enim est: ne hospes s a e p e falsa nunciet? Et iam ante me offensus est vir quidam doctus, qui *κολακείᾳ* reponebat. Ipse volebam *πεπλακώς*, ut esset: *ἵνα μὴ παραμυθούμενος αὐτὸν ὁ ξένος πεπλακὼς ψεύσηται.* Sed sero intellexi, locum esse integerrimum, et *πολλάκις* illud more exquisitioris Atticismi, inprimis Platoni frequentato [2]) positum esse pro *ἴσως*, *εἰκότως*, ut iterum

---

[1]) V. c. p. 482, 22. *ὑπὲρ τούτων οὓς ὄπισθεν* ***ἑ α υ τ ο ῦ*** *κατέλιπες οἴκοι*, et p. 666, 14.

[2]) Adscribam ex permultis Platonis locis hos duos: Critias p. 112 inf. *τὸ δ' ἔτι βραχὺ πρὸ τοῦ λόγου δεῖ δηλῶσαι, μὴ πολλάκις ἀκούοντες Ἑλληνικὰ*

occurrit in nostris p. 412. l. 15, ubi agitur de ritu in acie occisos ter vocandi, *ἵνα μὴ τις π ο λ λ ά κ ι ς ἐ μ π ν έ ω ν ὡς νεκρὸς ἀπολειφθείη*. Hactenus de lingua. Videamus nunc de codicibus et editionibus.

§ 3. Scholia in Odysseam bis sunt edita: primum a Buttmanno, deinde a G. Dindorfio. Ac Buttmannus quidem, cuius editio prodiit Berolini, 1821 [1]), codices ipsos non potuit adhibere, sed repetiit tantum, quae Majus ex tribus codicibus Mediolanensibus Bibliothecae Ambrosianae anno 1819 ediderat. Horum librorum, literis Q, B et E insignitorum, primus tantum continet, quae scitu digna sunt, reliqui in plurimis nil nisi recentiora et futilia praebent, quod sentiens Buttmannus, veritus „ne exspectationem falleret, quum libri Ambrosiani pro mole sua studiosis satisfacere non possent," addidit excerpta Porsoni ex cod. Harleiano (H) et scholia ex cod. Palatino (P), nunc Bibliothecae Academicae Heidelbergensis et ex Scholiis Vulgatis (V) ea, quae uberiora essent. Iniqua igitur in his edendis fortuna usus est Buttmannus, „quum maxima Scholiorum pars, Ambrosiana puta, nonnisi negligenter exscripta, Harleiana nonnisi excerpta ad manus essent" (Praef. p. XI). Et addit de codd. Ambrosianis: „nihil autem magis doleo, quam quod scholia haec omnia, qualiacunque sunt, ex ipsis codicibus transscribere mihi non licuerit" (p. VIII). Nam Majus quomodo scholia ediderit, arguit longa series putidissimorum errorum, quos Buttmannus in Praef. p. IX enumerat. Ex quibus unum repetam, unde coniectura fieri possit de caeteris. Dicitur ad

---

βαρβάρων ἀνδρῶν ὀνόματα θαυμάζητε, et Phaedon p. 60. E. *καὶ ἀφοσιούμενος εἰ ἄρα πολλάκις ταύτην τὴν μουσικήν μοι ἐπιτάττοι ποιεῖν.*

[1]) Cramerus (Anecd. Paris. III. p. 411.) scribit, se codicem Harleianum contulisse „cum Buttmanni Scholiis Oxonii denuo vulgatis 1827." Hanc editionem videre non potui. Suspicor autem eam nihil esse, nisi meram Berolinensis edit. in Anglorum usum repetitionem.

ϑ. 75. *καὶ δὴ παρὰ πότον διαλεχθέντων Ὀδυσσέως καὶ Ἀχιλλέως*, in quibus Majus retinuit ridiculum codicis vitium *παρὰ πόντον* [1]). Quae quum ita essent, tamen Buttmannus, ut erat non solum graece doctissimus, sed etiam singulari praeditus prudentia et sagacitate, talem emisit editionem, quae, si spectemus subsidiorum, quibus uti potuit, conditionem, nunquam pro meritis satis laudabitur. Testatur id ingens numerus optimarum emendationum, quarum magnam partem meliores postea codices confirmarunt, quaeque omnes fere a Dindorfio iure receptae sunt; nec minus notae plurimae, breves quidem, sed optimis rebus, ad scholiorum explicationem pertinentibus, refertae, quas et ipsas repetiit Dindorfius, plurima probans, raro tantum dissentiens [2]). Nam pauci admodum loci sunt, in quibus Buttmannus, — dicam verbis Lehrsii de Aristarcho, p. 47. — „sua ipse effecit praestantia, ut vere sui dissimilis fuisse dicendus sit." Ex eo tamen genere quaedam sunt, quae etiam Dindorfius recepit, de quibus mihi nunc agendum esse statui, non ut odiose conquirerem, ex quibus appareret, virum caetera ingeniosissimum etiam in nonnullis impegisse, sed ne hi loci, eximia sagacitate expositi, atque magna Dindorfii auctoritate insuper stabiliti, incautiorem lectorem in errorem inducant. In superioribus unum iam tetigi huius rei exemplum, post, ubi

---

1) Habet illud *πόντον* tamen et Harleianus, si Cramero fides habenda est. (Cramer. Anecd. Paris. p. 454.)

2) Sic v. c. iure deseruit Buttmannum, ad δ. 248. *οὐ κυκλικῶς τὸ Δέκτῃ ὀνοματικῶς ἀκούει, παρ' οὗ φησι τὸν Ὀδυσσέα τὰ ῥάκη λαβόντα μετημφιάσθαι*, dubitanter *κυκλικῶς* in *κυρίως* mutantem. „Verba scholiastae (*οὐ κυκλικῶς*) recte interpretatus est Heinrichius. — — In superiore vero scholio ad δ. 248, et librorum scripturae et ipsa scholiastae verba ostendunt veram scripturam esse non *οὐ κυκλικῶς*, quod in uno libro legitur Mediolanensi, sed *ὁ κυκλικὸς*, quum necessario illic grammaticus aliquis — — designandus sit, qui aliam quam Aristarchus interpretationem proposuerit." Dindorf in nota ad η. 115, pag. 335 seqq. „*Ὁ κυκλικὸς* recte legi videtur in MT. In H est *οὐ κυκλικὸς*, superscripto *ῶς* (i. e. *κυκλικῶς*)," monente Dind. Praef. LII ad p. 197. 24; apud Cramerum nulla diversitas enotata est.

emendationes meas proponam, de nonnullis huiuscemodi disputabitur, ex reliquis potiora nunc tractabo.

Odyss. δ. 90 seqq. Menelaus Telemacho et Pisistrato inter alia multa haec narrat de fratris caede:

εἷος ἐγὼ περὶ κεῖνα (circum Aegyptum, Libyam etc.) *πολὺν* (*βίοτον συναγείρων*
ἠλώμην, τείως μοι ἀδελφεὸν ἄλλος ἔπεφνεν,
λάθρῃ, ἀνωϊστί, δόλῳ οὐλομένης ἀλόχοιο·
ὣς (mel. *ὥς*) *οὔτι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.*

Ad hos versus haec observant scholiastae in M et Q. *λάθρῃ, ἀνωϊστί: ἐπίτασις. συχνοὶ μὲν γὰρ καὶ λάθρᾳ ἐπεβουλεύθησαν προϋπονοήσαντες τοὺς ἐχθροὺς, περὶ τὸν καιρὸν δὲ σφαλέντες, τοῦτον δὲ οὐδὲ ἔννοιαν λαβεῖν φησι τοῦ δεινοῦ, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς πιστοτάτης ἐνεδρευθῆναι καὶ προδοθῆναι τῷ μυχῷ τῶν δεινῶν.* Deerat in Q *προϋπονοήσαντες*, quo omisso deest simul verbum, unde accusativus ‚*τοὺς ἐχθροὺς*' pendeat; simul pro *τοῦτον* habebat codex ille *τούτου*, quod correxit Buttmannus, confirmavit postea M. His autem restitutis equidem scholion luce clarius existimo, et sic explicandum: illis poetae verbis: *λάθρῃ, ἀνωϊστί, δόλῳ οὐλομένης ἀλόχοιο* gradationem quandam (*ἐπίτασις*) et quasi intentionem inesse: multis enim clam insidias esse structas, sed ita, ut scirent quidem inimicos sibi insidiari, (*προϋπον. τοὺς ἐχθρ.*) ignorarent vero, quo temporis opportunitate eae insidiae fierent. (*π. τ. καιρὸν δὲ σφαλ.*) — Hactenus paraphrasis est vocabuli Homerici *λάθρῃ*. — Sed peius etiam, pergit Scholiasta, cum Agamemnone actum est. Nam ne suspicari quidem potuit, haec sibi mala a quoquam impendere. (*τοῦτον δὲ οὐδὲ ἔννοιαν λαβεῖν φησι* (Menelaus scil.) *τοῦ δεινοῦ*). Et ne sic quidem satis perpessus est miseriarum. Nam eum proditum esse et interfectum ab ipsa uxore (*τὸ ὑπὸ τῆς πιστοτ. ἐνεδρευθ.*) „hoc," — ut Buttmanni interpretatione utar, — „in intimis recessibus infortunii ponendum est." Satis sunt, opinor, haec perspicua et aperta. Sed mutavit postea sententiam Buttmannus, in Addendis

haec scribens: „Non satisfaciunt, quae ad hoc scholium emendandum proposui. Nam si *τοῦτον δὲ* ponimus, de Agamemnone, nulla est oppositio inter haec *λάθρα* et *οὐδὲ ἔννοιαν*. Immo apparet, haec *οὐδὲ ἔννοιαν* respondere voci *ἀνωϊστί*. Hoc autem agit Scholiastes ut demonstret, post illa, *λάθρῃ, ἀνωϊστί, ἐπίτασιν* esse in his *δόλῳ-ἀλόχοιο*. Quare locum nunc tento ita: *συχνοὶ μὲν γὰρ καὶ λάθρα ἐπεβουλεύθησαν τοῖς ἐχθροῖς· περὶ τὸν καιρὸν δὲ σφαλέντας τούτους οὐδὲ ἔννοιαν λαβεῖν φησι* (sc. *ὁ Μενέλαος*) *τοῦ δεινοῦ. τὸ δὲ ὑπὸ τῆς πιστοτάτης ἐνεδρευθῆναι — τῷ μυχῷ τῶν δεινῶν* sc. *ἐστί*." (Dind. p. 183. not.). Haec vero, quod Buttmanno non saepe accidit, vix eiusmodi sunt, ut ea refutare opus sit. Iam primum mentem Scholiastae non recte cepit. Non enim *ἐπίτασις* est, ut opinatur Buttmannus, in illis *δόλῳ-ἀλόχοιο*, de Agamemnone solo, post *λάθρῃ, ἀνωϊστί*, quod etiam aliis accidit, sed gradatio est in singulis tribus incisis, ut primum levius sit secundo, secundum levius tertio, et significetur, multos alios *λάθρᾳ ἐπιβουλευθῆναι*, Agamemnonem vero et *λάθρᾳ* et simul *ἀνωϊστί* et simul *δόλῳ-ἀλόχοιο*. Deinde ne illud quidem negligendum est, si vel maxime ultima Buttmanni emendatio sensui apta esset, tamen per Graecitatis leges non licere dicere *συχνοὶ — ἐπεβουλεύθησαν τοῖς ἐχθροῖς* pro *ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν*, quod tantum virum praetervidisse satis mirari non possum.

Ad *ι*. 564: *ἑξῆς δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς* haec ex Q edidit Buttmannus: *διὸ* (f. *διατί*) *τοὺς τόπους ἁπλῶς λέγει* „*Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν*" (106), „*Αἰολίην ῥ' ἐς νῆσον*" (*κ*. 1), *ποῦ δὲ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κείμεναι οὐκέτι διασαφεῖ. πληθυντικοῖς δὲ ῥήμασι κέχρηται διὰ τὴν τῶν ἑταίρων συμπαρουσίαν*. Ea esse ab hoc versu aliena sensit Buttmannus, observans, pertinere haec potius ad *κ*. 1: *Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν* etc. et Dindorfium in eundem secum errorem traxit, qui eius monitis obtemperans, haec in initio libri *κ* collocavit, haec addens: „Hoc

scholion in Q adscriptum ad *ι.* 564 huc rettulit Buttmannus. Videtur fragmentum esse scholii longioris: quamobrem intactum reliqui *διό*, quod Buttm. in *διὰ τί* mutat" (p. 443, not.). Praestabit fortasse haec coniungere cum iis, quae ex Q ad *ι.* 565 adscripta sunt:

ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ

ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.

περιπλανηθέντος αὐτοῦ, καὶ μὴ εἰδότος ποῦ ἔπεισι. Tum statim ea, de quibus nunc sermo est: *διὸ τοὺς τόπους ἁπλῶς λέγει, — ποῦ δέ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κεῖμεναι οὐκέτι διασαφεῖ.* Quae quam arcte cohaereant, non opus est ut demonstretur.

Pervenimus ad quaestionem difficillimam, ad *λ.* 387 seqq.:

ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο — — —

ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν.

Ad hos versus adscribitur ex Harleiano hoc scholion: *πῶς μὴ πιὼν τὸ αἷμα γινώσκει; πάντως* (emendandum *πάντες* ex scholio ap. Dind. et Buttm. ad vs. 385 ex T et V relato, p. 512, l. 2) *οὗτοι ἐν τῷ τῶν ἀτάφων εἰσὶ τόπῳ· οἱ μὲν δικάζοντες, οἱ δὲ δικαζόμενοι, μὴ πεπωκότες τῆς Λήθης ὕδατος φθέγγονται καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν.* Adnotavit Buttmannus, et assensus esse videtur repetendo Dindorfius: „Hoc qui scripsit, (nempe *πῶς μὴ πιὼν τὸ αἷμα γινώσκει*) in versu praecedente legit *ἐπεὶ ἴδεν ὀφθαλμοῖσι,*" estque haec revera lectio cod. Vindobonensis 133. Et recte quidem ita scriberetur pro eo, quod nunc legitur: *ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν,* — quod qui in suo habuit codice, non potuit rogare *πῶς μὴ πιὼν γινώσκει,* — dummodo constaret scholion hoc revera ad hunc nostrum locum pertinere. Sed an hoc scholion ad Agamemnonis animum non pertineat, equidem dubito vehementer. Nam primum absurdum est, etiam in scholiasta, Agamemnonem inter illos numerari, qui dicuntur: *οἱ μὲν δικάζοντες, οἱ δὲ δικαζόμενοι,* quae potius Minoa, Tantalum, Sisyphum caeterosque id genus spectant. Deinde, postquam cum Agamemnonis animo

confabulatus est Ulysses, adveniunt et aliorum animi, Achillis, Aiacis etc. qui non dicuntur sine sanguinis haustu Ulyssem agnovisse; contra de Achille diserte observatur (vs. 471): *μεθὸ ἔπιε τοῦ αἵματος* (sc. agnovit Ulyssem) *ἐστὶ δὲ κατὰ τὸ σιωπώμενον, διὰ τοῦ αἵματος*. Non est igitur artis poëtae, solum Agamemnonem insepultum introducere in mediis heroibus sepultis. Accedit, quod neque apud Homerum, neque, si recte memini, apud Aeschylum et in Sophoclis Electra Agamemnonem sepultura caruisse innuitur. Sed omnium maxime me movet, quod nostro scholio prorsus similia leguntur in fine scholii ex T et V ad vs. 385 relati; nempe haec: *οὐ* (delendum, quippe ortum ex compendio male lecto voc. *οὗτοι* quod statim sequitur), *πάντες δὲ οὗτοι ἐν τῷ τῶν ἀτάφων εἰσὶ χώρῳ, οἱ μὲν κολαζόμενοι, οἱ δὲ κολάζοντες, ὡς ὁ Μίνως καὶ ὁ Ἡρακλῆς. οὗτοι δὲ μὴ πεπωκότες τῆς Λήθης ὕδατος καὶ φθέγγονται* (malim: *φθέγγονται καὶ*) *χωρὶς τοῦ πιεῖν*. Leguntur autem haec, quae nostris fere ad verbum respondent, in fine scholii, quod „apparet fragmentum esse disputationis alicuius, qua obiectiones huic Homeri *νεκυίᾳ* factae diluerentur," ut recte indicavit Buttmannus. Incipit autem hoc fragmentum ita: *ἀλλὰ καὶ ὁ Σίσυφος κέρδιστος ὢν διὰ τί κολάζεται;* etc. ad quae annotat Buttm.: „Haec in edd. antiquis continuantur cum scholio praecedente [1]) eo utique non pertinentia; quare in recc. editionibus tacite hinc avulsa, verba quidem *ἀλλὰ καὶ — μετήνεγκεν* posita sunt ad vs. 593 de Sisypho: reliqua autem omnia ad *ν*. 623. Ego in pristinum locum omnia restitui, ut judicium de iis integrum esset. —— Numerum

---

[1]) Scholion praecedens est ad 384. *κακῆς ἰότητι γυναικός: Ἑλένης ἢ* (Dindorfii editio typographi errore *ἡ*) *Κλυταιμνήστρας. ἢ κακωθείσης Κασάνδρας, ἣν διαφθείρας ὁ Λοκρὸς Αἴας ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς δυσμενῆ κατέστησε τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀθηνᾶν*. Quae nihil commune habent cum eo, quod statim sequitur, fragmento. Leguntur et hoc scholion et nostrum fragmentum etiam in T, sed ex Dindorfii editione de loco, quem fragmentum ad 385 a Buttmanno positum in hoc codice occupet, nihil certi conficere possum.

praeposui versus 385. quo orditur necyiae altera pars, ad quam haec spectant." Assentior de scholii argumento, nam in aprico est in his de altera νεκυίας parte damnanda disputari; de loco, ubi collocandum sit, non assentior. Nam, ut notum est, non hanc νεκυίας partem, sed eam demum, quae incipit v. 568. ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον, Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν etc. spuriam habuit Aristarchus, et apposuit ad singula argumenta τῆς ἀθετήσεως, quibus deinceps alii responderunt, omnia ab eo improbata Homero vindicantes, ut iterum factum est in δευτέρᾳ, quae dicitur, νεκυίᾳ, initio libri ω. Incipit igitur disputatio Aristarchi, cum aliorum refutationibus, — ubi id potuerunt, — vs. 568, ut oportet, ita: νοθεύεται μέχρι τοῦ „ὣς εἰπὼν ὁ μὲν αὖθις ἔδυ δόμον Ἄϊδος εἴσω" (627.) καίτοι οὐκ ὄντες ἀγενεῖς περὶ τὴν φράσιν. ὑπὲρ δὲ τῆς ἀθετήσεως αὐτῶν λέγεται τοιάδε· πῶς οἶδε τούτους ἢ τοὺς λοιποὺς ἔσω τῶν Ἅιδου πυλῶν ὄντας καὶ τῶν ποταμῶν; et sic pergit ad vss. 570, 573, 577, 580 etc. His itaque adiungo nostrum fragmentum; priora de Sisypho, vs. 593, quae sequuntur de Hercule, vs. 600 seqq., de quo revera legitur, vs. 615. ἐπεὶ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν, et tum recte quaeritur: πῶς μὴ πιὼν τὸ αἷμα γινώσκει. Atque ad eundem Herculem, non ad Agamemnonem, scholion illud, quod nostrae disputationis initium fuit, pertinere mihi quidem extra dubium positum videtur.

Haec fere sunt, in quibus explicandis mihi cum Buttmanno non convenit. Quod autem post tantum temporis spatium, post tot nova subsidia reperta, post incrementa, quae hoc studiorum genus nostris temporibus cepit, tam pauca in eius observationibus improbanda fuerint, id vero eius editionis praestantiam nobis quidem abunde declarare videtur.

Non tamen Guilielmum Dindorfium, v. cl. supervacaneum opus fecisse, quod anno 1855 haec scholia, ex codicibus aucta et emendata, iterum edi curaverit, et ex eo satis intelligitur, quod Buttmannus codicum ope uti non potuit, et ex eo, quod, quae post absolutam demum huius editionem sup-

plementa plura prodierunt, abdita iacebant in libris programmatibusque dispersis, nec unicuique horum studioso facile consulendis. Sic scholia codicis Harleiani (H) descripta sunt et edita a J. A. Cramero in Anecdotis Parisinis, vol. III. p. 411—512, qui in eodem volumine, p. 393—410, edidit codicem Parisinum nr. 2894 (S) continentem scholia in Odysseam usque ad γ. 48. Sic codicem Hamburgensem descripsit et scholia eius plurima edidit L. Preller „duabus in commentationibus, indici lectionum Universitatis Dorpatensis praemissis," anno 1839. Hos codices postea inspexit Dindorfius, nec sine fructu. Nam quae refert de collatione codicis S: „margo saepe detrita est et scriptura tam pallida, ut nonnulla legi nunc omnino nequeant, plurima lectu difficilia sint; unde factum ut Cramerus — — fere ea tantum afferret, quae lectu faciliora essent, reliqua non attingeret, plura etiam non recte legeret," (Praef. p. XIV) eadem omnia etiam de Crameri collatione cod. H valere, intelligent omnes qui norunt, qua peritia scilicet Cramerus in Anecdotis suis describendis usus fuerit. Idem usu venit in cod. Hamburgensi (T) ex quo Dindorfius „plurima eruit, quae Prellerus omiserat, quum non tam exhaurire codicis copias, quam ampla dare specimina propositum habuisset, codicem denuo excutiendum futuro scholiorum editori relinquens. Quem laborem," — pergit editor, — „minime inutilem fuisse annotationes nostrae et quae in Appendicem (p. 733 seqq.) rettulimus, ostendunt" (p. XI).

Praeter haec, ex parte iam edita, ipse Dindorfius primus contulit codicem Parisinum nr. 2403, quem designavit litera D et codicem Bodleianum (O), fontem Scholiorum Vulgatorum (V) antiquissimum, accepitque a Cobeto, v. cl. collationem trium codicum Italicorum, Veneti Bibliothecae Marcianae nr. 613 (M), Florentini Bibliothecae Laurentianae plutei 57, 32 (R) et alius Marciani cl. IX cod. IV (N) qui ante Dindorfium omnes inediti fuerunt. Tandem usus est excerptis quibusdam brevium scholiorum e libris Vindobonensibus tribus, (5, 56, et 133) ab Altero propositis.

De cognatione, quae inter hos codices intercedat, accurate statuere res est difficillima, et ita comparata, ut ipsis codicibus non inspectis de ea re nihil certi pronuntiari possit. Sufficiat igitur in universum monuisse, caeteris longe esse uberiores integrioresque M, H et Q. Optimus omnium est M, quo magis dolendum est, iam ad ε. vs. 217 adscribere debuisse in sua collatione Cobetum, v. cl. „abhinc desiderantur fere prorsus scholia illa, in quibus antiquorum grammaticorum coniecturae et priscorum librorum lectiones commemorantur. Nullae huius generis animadversiones reperiuntur ad libros ζ, η, ϑ, reliqua scholia conspirant fere cum Vulgatis, quae breviora vocantur, ac praeterea nullius sunt pretii." Proxime ad horum trium codicum praestantiam accedunt T, qui et ipse in ξ. 67 desinit; R, „qui scholia antiqua continet in quatuor primas Odysseae rhapsodias;" D, „cum scholiis copiosis ad rhapsodias tres primas, rarioribus ad δ (ubi recentior manus incipit), usque ad κ. prope nullis ad rhapsodias reliquas;" et S, cum scholiis bonis et antiquis usque ad γ. 48. Ex his optimus est T, cuius scholia plurima sunt ex genere mythologico et eorum grammaticorum, qui λυτικοὶ et ἐνστατικοὶ dicuntur, et qui codex, ut Dindorfius vere observat, aliqua ex parte similis est Ambrosiano Q, ita tamen, ut non ab illo pendeat, sed contra saepe sit multo quam Q integrior. Cuius rei luculentum exemplum proferre possum in scholio, ex Porphyrio petito, ad ε. 281, de voc. εἴσατο (p. 272, l. 23 seqq.) quod in EPQT servatum est, sed longe emendatissime et integerrime in T, ut apparet ex cod. Parisino scholiorum in Iliadem, nr. 2679 (ap. Cramerum, Anecd. Par. III. p. 17) qui in fronte huius scholii nomen Porphyrii exhibet, quocum fere ad verbum consentit T. Contra non negabo quidem, quod Dindorfius de cod. D praedicavit: „est optimae notae liber, qui non solum Porphyrii nomen scholiis multis, ubi eius memoria in aliis codicibus excidit, adscriptum servavit, sed etiam multum confert ad aliorum codicum scholia vel emendanda vel redintegranda," — haec igitur non nego,

sed ita statuo: codd. D et S fluxisse ex codice simillimo codd. nostris Harleiano, Ambrosiano Q et Hamburgensi, in quo leviora quaedam, quae in his codd. vitio laborant, correcta erant, nonnulla, quae scribae codd. HQT in suo exemplari expedire non poterant, distinctius legebantur, sed qui graviores corruptelas omnes cum his, quos dixi, codicibus communes habebat. Has scribae codd. HTQ securi apponebant; qui autem D et S, — vel horum archetypum, — scripserunt, eas aut omiserunt, aut nonnulla adiiciendo sanare conati sunt. Ut id quale sit exemplo demonstretur, consideremus locum, qualis hic est. Ad *α*. 284, legitur in H, — iisdemque verbis in D, — scholion prolixum, (Dind. p. 51—54) in quo contra nonnullorum vituperationem exponitur, recte fecisse Athenam, quod Telemachum domo emiserit, reditum patris sciscitaturum. Multis igitur argumentis ad huius consilii sapientiam ostendendam prolatis, auctor, — quem Porphyrium esse suspicor, — haec addit: *διὰ πάντων οὖν φαίνεται ἡ ἀποδημία ἀναγκαία καὶ κρείττων· καὶ πολλῷ ἀσφαλεστέρα τῆς ἐν Ἰθάκῃ ἐκδιηγήτου μετὰ τῆς τῶν μνηστήρων διατριβῆς.* Corruptum est in his *ἐκδιηγήτου,* ut etiam bis admonuit Dindorfius, App. p. 738, et Proleg. p. xxxv. Quid lateat, nondum mihi contigit reperire; hoc video, sensum sententiarumque nexum flagitare sive substantivum, quod idem fere significet ac *διατριβή*, sive, — quo magis inclino, — adiectivum ad *διατριβῆς* pertinens [1]). Quid autem scriba cod. D? Vocabulum *ἐκδιηγήτου* non magis quam nos intellexit, neque emendare potuit. Fecit igitur, quod factu facillimum erat; omisit molestum vocabulum, Dindorfio teste in Praef. p. xxxv. Statim post, in eodem scholio, Cramerus (III. p. 421) dedit ex H. *τὸ γὰρ λέγειν ὅτι, ἵνα ἐντύχῃ τῷ πατρὶ καὶ τοὺς ἀγρούς* (sic) *διὰ τοῦτο αὐτὸν*

[1]) Praeterea expungendum tum est *τῆς*, quod omittunt H (cfr. Dindorf in adnotatione et deest etiam ap. Cramerum.) et D (Praef. p. xxxv). Unde igitur illud *τῆς* natum est? Nam in duobus codd. HD. unde scholion est editum, deesse dicitur.

ἡ Ἀθηνᾶ ἀποδημῆσαι πεποίηκε, ψεῦδος. Recte Dindorfius correxit κατὰ τοὺς ἀγρούς, et notum est, quam saepe καί et κατά confundantur. Admonuit autem hac de re in Praef. p. XXXV, ita: „κατὰ correxi pro καί, quod est in DH et servari potest, si post ἀγρούς addatur ἴδῃ, quod est in D." Immo vero hoc ipsum indicium est, scribam cod. D, aut eius archetypi, quum illum accus. καὶ τοὺς ἀγρούς, a verbo ἐντύχῃ pendentem, non potuisset concoquere, addidisse de suo ἴδῃ, ut grammatica ratio constaret scilicet. Scriba autem cod. H mendum fideliter exscripsit, et sic fecit, ut locus a Dindorfio certa emendatione posset restitui. Eiusdemmodi est locus, p. 137, l. 17 ex D et p. 88, 14 ex S, de quibus postea agam. Ex his igitur, si vere disputata sunt, id saltem apparet, caute nobis agendum esse, si in loco corrupto D et S lectiones suppeditant, quae primo obtutu meliores videntur.

Tandem, ut huic codicum enumerationi finem imponam, hoc unum addo: minoris vel etiam minimi pretii sunt, quae ex P (Palatino) BE. (Ambrosianis) N (Marciano) et libris Vindobonensibus solis prodierunt, quamquam et hi libri nonnunquam conferunt ad tollenda vitia, quae in omnibus melioribus leguntur [1]).

Sic igitur Dindorfio „adhibitis, quae vel ab aliis parata erant, vel ab eo primo allata sunt librorum manuscriptorum praesidiis plurima, quae in prioribus scholiorum editionibus vel manca vel corrupta ferebantur, in integrum restituere licuit." Ita profitetur, Praef. p. IV, et summo iure, id quod plurimi eius editionis loci testantur; non tamen id assecutus est, ut rem conficeret, quod unius hominis, etiam doctissimi, vires longe exsuperat. Quod

---

[1]) Quoniam anceps res est si quis, qui codices ipsos oculis numquam usurpaverit, de eorum origine et cognatione multa accurate disputare velit, liceat mihi in hac nota tantum promere suspicionem, illud fortasse esse communis originis indicium, quod in plurimis scholia post quartum vel quintum librum desiderantur, et quod in ceteris, qui per omnes libros scholia habent, ea tamen in libris posterioribus sensim rarescunt et minoris fiunt momenti. Quae res si casui tribuenda est, sane mirus est casus.

spero fore ut, — si quando haec legat, — sine ullo obtrectandi studio dictum existimet vir clarissimus, de literis graecis, si quis alius, praeclare meritus, quemadmodum a me s i n e u l l o o b t r e c t a n d i s t u d i o dictum est, quod quum per se odiosum est, tum praesertim iunioris in seniorem. Nec is sum, qui credam, iam nunc a me in hisce scholiis, omnia, quae obscura sunt, illustrata, quae corrupta, emendata proponi; sed, etiamsi omnia, quae proferam, probabuntur, multi tamen, sat scio, supersunt loci, qui manum emendatricem exspectent, quorum et ipse supra exempla quaedam posui. Contra et in universum de criticorum laboribus, et nunc de iis, quae Buttmannus et Dindorfius ad nostra scholia attulerunt, id sentio, quod Cicero in Maniliana (§ 8) de imperatoribus dixit: „verumtamen illis laus est tribuenda, quod egerunt; venia danda, quod reliquerunt.“ Ita tantum, quam indulgentiam erga alios adhibui, eam etiam erga mea inventa ab aequis lectoribus me impetraturum esse confido.

§ 4. Ad ipsum dissertationis meae argumentum transiturus, primum notabo sat magnum locorum numerum, ubi, quod in nullo Graeco scriptore non accidit, glossemata et additamenta sunt expungenda, nonnunquam supervacanea tantum, nonnunquam autem sensum et sententiarum nexum plane turbantia. Eorum genus est duplex: sunt enim aut additamenta, saepe inficeta, semper inutilia, aut dittographiae, vel singularum syllabarum, vel sententiarum.

Ac primum de priore genere videndum. Huiusmodi. v. c. est, quod delevit Lehrsius in Emendatt. Scholiorum Homericorum, ad E. 705. *ἀντίθεον Τεύθραντ'*: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν, ὅτι ὁμώνυμος οὗτος τῷ Ἀγαμέμνονος υἱῷ [Τεύθραντι.]* Huiusmodi quaedam etiam Buttmannus et Dindorfius indicaverunt, ut *δ*. 1. de *κητώεσσαν*: *ὤφειλεν εἶναι τὸ τω μικρὸν, ἀλλ' [ἔ γ ρ α ψ ε] ὥσπερ τὸ ἠβώωσα ἐκτείνει, διὰ τὸ εἶναι τὸ πρὸ αὐτῆς μακρὸν, τὸ η, καὶ τὸ τηλεθόωσα σμι-*

κρύνει, διὰ τὸ εἶναι τὴν πρὸ αὐτῆς βραχεῖαν, —— οὕτω κητώεις ἐκτείνει, in quibus Dindorfius recte induxit ἔγραψε, quod sententiam pessumdat (p. 169, 7). Neque minus recte p. 218, l. 6, ad δ. 500. γυραὶ πέτραι εἰσὶ περὶ τὴν Μύκονον [πλησίον], Μύκονος δὲ καὶ Νάξος τῶν Κυκλάδων νήσων, ad quae in nota Dindorfius: „πλησίον delendum," et δ. 644, de voc. θῆτες: ὁ κανὼν, τὰ εἰς ης ὀνόματα [διὰ τοῦ η γράφεται] μονοσύλλαβα δὲ, διὰ τοῦ η κλίνονται, etc. (p. 226, 19), ubi, quam uncinis inclusi dittographiam, damnavit etiam Prellerus. Dittographiam agnovit Dindorfius, p. 264, 20 ad ε. 295, ubi de variis ventorum generibus agitur: καὶ ὁ μὲν ἀπηλιώτης ὑ γ ρ ὸ ς ὢ ν μεταβάλλει εἰς νότον [ὑγρὸς ὢν] θερμὸν ὄντα, ὁ δὲ νότος λεπτυνόμενος εἰς ζέφυρον, ὁ δὲ ζέφυρος ἔτι μᾶλλον λεπτυνόμενος εἰς βορέαν ἀποκαθαίρεται· monuitque de ea re in App. p. 763: „alterum ὑγρ. ὢν, quod seclusi, haud dubie ex antecedentibus repetitum." Sic in scholio ad ζ. 287, ἤτ (Homeri textt. rectius ἥτ') ἀέκητι: ψιλωτέον τὸ ἤτ', ἵν' ᾖ οὕτως· καὶ ἄλλην (ἄλλῃ recte H.) νεμεσῶ, ἥτις ἂν ταῦτά γε ῥέζοι καὶ ἀέκητι γονέων ἀνδράσι μίσγηται. ['Αρίσταρχος], ubi Aristarchi nomen Buttmannum male habuit, a Dindorfio deletum, utpote huc illatum ex scholio ad vs. 289. (p. 317, 19 et not.); et postea in Praef. p. LIV: „Recte conjeci, Aristarchi nomen male huc illatum esse. Abest ab H." Similiter erratum est ad ζ. 310; ubi Nausicaa Ulyssi auctor est, ut primum omnium a matre sua auxilium petat, cuius consilii causam scholiasta reddit bellissimam hanc: ἤτοι ὡς γυνὴ γυναῖκα προκρίνει, ἢ ἐπεὶ φρονιμωτάτη ἡ 'Αρήτη παραδίδοται. καὶ ἄλλως δὲ φιλοίκτιρμον τὸ θῆλυ. [Καλλίστρατος]. EHQV; sed „Καλλίστρατος omittit V, et videtur ortum ex scholio proximo, quod ab hoc nomine incipit." (p. 319, 6.) Ad θ. 9 haec est allegorica interpretatio Athenae Phaeaces ad concionem vocantis: ἡ φήμη ἐκ φρονήσεως κ α ὶ ο ἰ κ ο ν ο μ ί α ς τοῦ 'Οδυσσέως. ἐστὶ δὲ καὶ τοῦ 'Ομήρου ἵνα γνωρισθῇ καὶ τῷ κοινῷ λαῷ ὁ 'Οδυσσεὺς, μήπως καθ' ὁδὸν κομιζόμε-

νος παρ' αὐτῶν ἐμπαιχθῇ τι. Ubi miror, neque Buttmannum, neque postea Dindorfium ausum esse in textum recipere optimam prioris observationem: „Hoc vocabulum (*οἰκονομίας*) nescio quomodo huc venerit, ad sequens *τοῦ Ὁμήρου* pertinens." (Dind. p. 358, 9.) Si Buttmannus illud: „nescio quomodo" serio dixit, neque magis ut sententiae numero consuleret, facile est respondere, factum id videri ea de causa, quod voc: *οἰκονομίας,* post *Ὁμήρου* omissum, supra lineam inseruit scriba, ita ut proximum esset praecedenti lineae, unde postea in hanc receptum est. Glossema adhaesit variae lectioni *β.* 116. *ἅ οἱ: τινὲς, ὅ οἱ αὐτῇ,* ad quae Dindorfius in nota: „Absurde. *αὐτῇ* videtur glossema esse ad *οἱ* adscriptum," quae verissima sunt. Sine dubio igitur *αὐτῇ* delendum est. Item expunxit Dindorfius glossema in his, *μ.* 84: *σχεδὸν ἔδειξε τὸ μῆκος τῶν δειρῶν* [*πετρῶν*] *πηλίκον ἦν.* Rationem reddidit in App. p. 787. „Seclusi *πετρῶν*: nisi quis *τῶν δολιχοδείρων πετρῶν* scribi velit. *τὸ δολιχόδειρον τῆς Σκύλλης* dixit Eustathius, p. 1714, 19." Ita Dindorfius. Si quid video, praestat expunxisse.

Praemisi haec, ut mihi fidem facerem, reliqua omnis generis additamenta, quae quidem mihi sese obtulerunt, deinceps indicaturo, in quibus sunt quaedam manifesta simul et putidissima. Glossema inest in verbis scholii ad *α.* 208, ubi Mentes Telemacho:

αἰνῶς μὲν κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας
κείνῳ (Ulyssi) *ἐπεὶ θαμὰ τοῖον ἐμισγόμεθ' ἀλλήλοισιν* etc.

Explicat in his *τοῖον* scholiasta ita: *οὕτως ὡς ἡμεῖς* [*ἐμίχθημεν*] *σήμερον, καὶ μετὰ τοῦ σοῦ πατρὸς ἐμισγόμεθα.* In his *ἐμίχθημεν* est, quod logici aiunt, contradictio in terminis. Sententia enim haec est: ut nos n u n c u n a s u m u s, — non e r a m u s, — ita patre tuo utebar antehac. Delendum igitur *ἐμίχθημεν.* Fidem faciat, quod statim in eodem cod. Q et in HM praecedit scholion: *τὸ δὲ, τοῖον ἐμισγόμεθα, ἀντὶ τοῦ, τοίως, ὡς νῦν καὶ ἡμεῖς, ἐγὼ καὶ σύ,* quod idem scholion

est, verborum ordine tantum mutato. Causa glossematis in promptu est: videbatur in his. *οὕτως ὡς ἡμεῖς σήμερον*, requiri verbum, quum verbum in secundo membro sequi non animadversum esset.

β. 151. in narratione de aquilarum ostento dicitur: *ἔνθ' ἐπιδινηθέντες*, quod ita redditur paraphrasi: *ἐκεῖσε δὲ [ἐνταῦθα] συστραφέντες ἐν τῷ καταράσσειν τὰ συνεχῆ αὐτῶν πτερά*. Quum *ἐνταῦθα* idem sit atque *ἐκεῖσε*, alterutrum abundat; malim igitur *ἐνταῦθα*, quod vulgatius est, delere.

β. 271. *τὸ „οἷος ἐκεῖνος"* (scil. Ulysses erat) *κατὰ ἀναφώνησιν εἴρηται εἰς ἔπαινον [τοῦ Ὀδυσσέως] τοῦ πατρὸς [Τηλεμάχου]*. „Satis verbose," ut iudicavit Cicero de iurisconsultorum formulis. Leguntur haec ita in BEQ. In H. haec tantum sunt: *τοῦτο κατὰ ἀναφώνησιν εἴρηται εἰς ἔπαινον Ὀδυσσέως*.

γ. 106 (p. 130, I): *ἰστέον ὅτι εἰς δύο διεμοιράσθη πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα. καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς μέρους ἦρχεν Ἀγαμέμνων τὴν Τροίαν π α ρ α κ α θ ή μ ε ν ο ς, τοῦ δὲ ἑτέρου Ἀχιλλεύς, τοῦ ναυτικοῦ δηλονότι, ἐν ᾧ μέρει καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ ἠριθμηντο. οὗτοι γοῦν ναυμαχοῦντες [οἱ περὶ τὸν Ἀχιλλέα] τὰς παρακειμένας πόλεις ἐπόρθουν, ἠπειρώτιδάς τε καὶ θαλασσίας*. M. Duplex in his vitium est: nempe *ο ἱ π ε ρ ὶ τ ὸ ν Ἀ χ ι λ λ έ α*, quod emblema incommode cohaerentia dirimit, resecandum est, et praeterea pro *π α ρ α κ α θ ή μ ε ν ο ς τ ὴ ν Τ ρ ο ί α ν* scribendum *π ε ρ ι κ α θ ή μ ε ν ο ς*, nisi quis putet, *παρακαθῆσθαι* cum accusativo posse coniungi, et *παρακαθῆσθαι πόλιν*, si vel maxime per grammaticae leges ita dici liceret, significare posse, urbem obsidere.

δ. 123. Ad *κλισίην* annotatum est; *ὃν [ἀλλαχοῦ] δι' ἑτέρων κλισμὸν ὀνομάζει· ἔστι δὲ θρόνος ἀνακλίντρον ἔχων*. Comparet emblema in HM; „*ὃν ἀλλαχοῦ* omittit T in lacuna." (App. p. 757) Simplicissimus loquendi modus est *ἀλλαχοῦ* dicere pro alio loco, alibi; qui elegantius loqui volebant, *δι' ἑτέρων* vel *δι' ἄλλων* usurpabant. Sic et nostris scholiastis haec et om-

nium maxime *ἐν ἄλλοις* est in deliciis. Et *δι' ἄλλων* sine interpolatione evasit p. 201. l. 1 (ad *δ*. 276) *καὶ δι' ἄλλων δὲ ὁ τόπος ἐμφαίνεται· „αὐτὰρ Ὀδυσσῆα προτὶ δώματα Δηιφόβοιο βήμεναι ἠΰτ' Ἄρηα σὺν ἀντιθέῳ Μενελάῳ,"* (Od. *θ*. 517), quem locum ex caeteris attuli, quia in eo explicando cum Buttmanno facere non possum, haec adnotante: „legendum videtur *ὁ λόγος*, h. e. „haec de Helena et Deiphobo narratio." Quae emendatio fortasse necessaria non est. Potest enim *τόπος* pro *λόγος* esse dictum, quod et Latini faciunt, quodque ex rhetoricae technologia fluxit. Est igitur *καὶ δι' ἄλλων δὲ ὁ τόπος ἐμφαίνεται*: „et alibi hic locus fusius exponitur," id ipsum, quod Buttmannus volebat. Quid sit *ἐμφαίνειν* et *ἐμφανίζειν*, — nam utrumque promiscue usurpatur — apparet v. c. ex pag. 188, 9. *ἐκ — τῶν ἄκρων καὶ τῆς ὄψεως μάλιστα αἱ ὁμοιότητες ἐμφαίνονται*, et de *ἐμφανίζειν* ex multis (pagg. 48, 32; 58, 14; 137. 7 etc.) hic locis inprimis ad nostrum facit: *διὰ πολλὰ* (multas ob causas) *τῆς πράξεως ταύτης μνημονεύει ὁ ποιητής, οὐ μόνον ὅτι πρὸς τὴν ποίησιν συμφέρει τὰ μὴ δεδομένα* (? an: *παραλειπόμενα*?) *τῆς Ἰλιάδος νῦν ἐμφανίζειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μνηστηροκτονίαν ταῦτα ᾠκονόμηται* etc. pag. 197, 7. seqq. Idem hoc *ἐμφανίζειν* restituendum puto in loco parva lacuna maculato, ad *α*. 262. *ῥητέον οὖν ὅτι ταῦτα πάντα πρὸς κατασκευὴν τοῦ μεγίστου ἀγῶνος, τῆς μνηστηροφονίας, αὐτὸς μὲν γυμναζόμενος ἐν.... ἵνα φανῇ τηρῆσαι τὴν ἰδίαν ἕξιν*. Emendandum *αὐτὸς μὲν γυμναζόμενος ἐμφανίζεται*, ut statim post: *καὶ τὸν πόλεμον πευκεδανὸν ἔφη καταχρηστικῶς, ἐπώδυνον βουλόμενος ἐμφανίσαι*, et sic p. 58, 14; 137, 7 etc. In nostris scholiis *μ* et *ν* saepissime confusa esse animadverti, v. c. p. 85 l. 29 pro *ἐμὲ μόνον ἐάσατε* est in T *ἐν*. (App. p. 739.) Ut autem ad propositum redeam, — quum *ἀλλαχοῦ* et *δι' ἑτέρων* planissime idem sit, alterum alterius interpretatio habendum est, nec dubia est optio, utrum sit delendum.

Fortasse etiam delenda sunt δ. 186: κλαῖε μὲν Ἀργείη Ἑλένη —— κλαῖε δὲ Τηλέμαχός τε καὶ Ἀτρείδης Μενέλαος, οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε, in iis, quae observat scholiasta: μὴ θέλων πολλάκις λέγειν τὸ αὐτὸ [ἤτοι τὸ κλαῖε] δι' ἄλλου τρόπου φησί, ea quae induxi, nam pueriliter admodum abundant.

Certior res est in scholio longiore ad ε, 118, ubi Calypso, a Herme certior facta de deorum decreto, ut Ulyssem proficisci sineret, eos criminatur, ut aliis et sibi invidentes, ad quos versus ἐνστατικοῦ alicuius argumenta afferuntur et refelluntur. Incipit scholion ita: ἐπιλαμβάνονταί τινες τῆς Καλυψοῦς διαρρήδην ἀναισχυντούσης et quae sequuntur. Respondetur ad has criminationes ὅτι οὐ διὰ τὸ κωλύεσθαι εὐνάζεσθαι σχετλιάζει, ἀλλὰ διὰ τὸ εὐλαβεῖσθαι μὴ ζήλῳ τῷ πρὸς αὐτὴν ἀποκτείνωσι (dii nempe) τὸν Ὀδυσσέα, cuius opinionis multa adducuntur argumenta. Deinde ita pergit: καὶ τούτου πίστις, [τοῦ μὴ διὰ πάθος αἰσχρὸν σχετλιάζειν] τὸ ἑτοίμως ἔχειν ἀποπέμπειν etc. In his verba, quae uncinis inclusi, non solum abundant et explicant ea, quorum nemo requirit explicationem, — quod in eiusmodi scriptoribus non satis causae est ad emblema arguendum, — sed perquam incommode interposita sunt, ita ut, quae arctissime cohaereant, cum sententiae damno separentur.

ε. 295. ex quo scholio, ut supra (p. 36) significavi, Dindorfius dittographiam ὑγρὸς ὢν (l. 20) eiecit, et aliud emblema eiiciendum est. Verba Homeri haec sunt:

σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε Ζέφυρός τε δυσαὴς
καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων,

ad haec scholiasta: τὴν τάξιν αὐτῶν ὁ ποιητὴς ὡς ἔχει διέθηκε. τούτων γὰρ (ventorum) ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ὁρμᾶται, ὁ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας, ὁ δὲ [ζέφυρος] ἀπὸ δύσεως, ὁ δὲ ἀπὸ ἄρκτου. Et haec, credo, probatione non egent.

Ad ε. 313, ὡς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης, haec habemus scholia: Ex BPQ. ὡς φαμὲν κατάκρας

πόλιν ἑλεῖν. Sequitur in PQ. *Ἄλλως. κατὰ παράλειψιν τῆς κεφαλῆς* etc., et E. *κατὰ παράλειψιν τοῦ, κεφαλῆς. ἢ ἀντὶ τοῦ ὅλος συνέστρεψεν· [ἢ νηός]* et V *κατὰ κεφαλῆς. ἢ ἀντὶ τοῦ ὅλον. καὶ γὰρ κατ' ἄκρας* (immo *κατάκρας* ut supra,) *πόλιν ἑλεῖν φαμέν*. Tandem P habet glossam: *κατὰ κεφαλήν*. De horum vocabulorum scribendi ratione multi multa disputarunt. Buttmannus haec observat: „Ex hoc potissimum accusativo, (nempe *κατὰ κεφαλήν*) apparet fuisse," (Rhianus? cfr. quae Buttm. ad vs. 315 adnotavit; Scholl. ad N. 772. *τινὲς δὲ κρῆς μονοσυλλάβως* etc.) „qui hanc formulam ita dividerent: *κατὰ κράς* vel *κρῆς*." In scholio ex E videtur *ἢ νηός* esse delendum, quod quid huc faciat, non video. Dici quidem potest, in *κατ' ἄκρης* voc. *ἄκρης* pro adiectivo esse habendum, et, quemadmodum substantivo *κεφαλῆς* expletur, ita etiam subst. *νηός*, ut totum sit *κατ' ἄκρης νηός*, sed hoc ideo probandum non est, quoniam in omnibus scholiis, ex PQV et ad Il. O, 557 ex V eadem explicatio iisdem fere verbis concepta recurrit [1]), sed in iis nullum subst. *ἢ νηός* vestigium; et quia non frangitur Ulyssis *ναῦς* sed *σχεδίη*, cuius rei hic, ubi illud vocabulum saepissime repetitur, immemorem fuisse scholiastam vix credibile est.

η. 249. *τὸ μὲν ναυαγῆσαι, ἀνθρωπίνης τύχης, τὸ δὲ περισωθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν θεῶν εὐεργεσίας καὶ εὐνοίας σημεῖον*. Ut *ἀπὸ* hic collocatum est, nullo modo neque construi potest, neque recte intelligi. Nam quid, quaeso, significat: *τὸ περισωθῆναί ἐστιν ἀπὸ τῆς τῶν θεῶν εὐεργεσίας σημεῖον*? Igitur, aut *ἀπὸ* delendum est, aut, quod mihi verosimilius videtur, post *τῆς* collocandum, hoc modo: *τὸ δὲ περισωθῆναι τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν εὐεργεσίας καὶ εὐνοίας σημεῖον*, quemadmodum in T est: *ἐκ τῶν θεῶν εὐνοίας σῆ.* (i. e.

---

[1]) Scholion ad Iliadem his verbis conceptum est: *κατ' ἄκρης: ὁλοτελῶς· „ἔλασε μέγα κῦμα κατ' ἄκρης."* (quae nostri loci verba sunt.) *οἷον ὅλον αὐτὸν ἐβάπτισε τὸ κῦμα.*

σημεῖον. App. p. 773) quod utrumque exquisitius dictum est pro simplici genitivo. Simili modo turbatum est in scholio ad *ζ*. 230, in App. memorato p. 769 ex B (T?) de voc. *πάσσονα· παχύτερον ἀπὸ τοῦ παχὺς, παχίων, πάσσων, ὡς ἀπὸ θᾶσσον, ἆσσον*, in quibus delendum *ἀπὸ* ex praecedentibus repetitum.

θ. 1. *ἠὼς* [*ἡ ἡμέρα*] *σημαίνει πολλά, ὁτὲ μὲν τὸ κατάστημα τῆς ἡμέρας· — ὁτὲ δὲ ἡ σωματικὴ θεός* etc. ad quae conferre iubet Dindorfius quae leguntur ad *ε*. 1, (p. 241, l. 3) eiusdem quidem sententiae, sed in verbis discrepans alius auctoris scholion. Plane iisdem autem verbis, sed sine putido emblemate, quod seclusi, leguntur haec, quae supra scripsi, in codd. ADL ad Iliad. *Θ*. 1.

κ. 169. *οὕτως δὲ δεῖ νοεῖν, ὅτι ἐβάσταζε τὴν ἔλαφον ὁ Ὀδυσσεὺς μεταξὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὤμων· μέσον γὰρ τῶν ποδῶν τῶν ἄνω ἔσχε τὴν ἰδίαν κεφαλὴν* [*ὁ Ὀδυσσεύς*]. Et in haec digitum intendisse sufficiat.

Eiusdem generis mendum commissum est ad *λ*. 520. *Εὐρύπυλος ὁ Ἀστυόχης — παῖς λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν τῆς Μυσίας προΐστατο. πυθόμενος δὲ Πρίαμος περὶ τῆς τούτου δυνάμεως ἔπεμψεν ὡς αὐτὸν ἵνα παραγένηται σύμμαχος. εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐκ ἐξῆν αὐτῷ διὰ τὴν μητέρα, ἔπεμψεν ὁ Πρίαμος τῇ μητρὶ αὐτοῦ δῶρον* [*Ἀστυόχῃ*] *χρυσῆν ἄμπελον· ἡ δὲ λαβοῦσα τὴν ἄμπελον τὸν υἱὸν ἔπεμψεν ἐπὶ στρατείαν* (sic V, *στρατὸν* Q, praestat fortasse *στρατιάν*), *ὃν Νεοπτόλεμος — ἀναιρεῖ*. In his primum inopportuna sedes certum indicium est, verbum inclusum ex margine irrepsisse, deinde quod loci emphasis in vocabulo *μήτηρ*, non in matris nomine est, tandem quod illud omittit cod. Q, quem Buttmannus secutus est, cuius miror Dindorfium rationem non habuisse.

ξ. 112. ad voc. *σκύφος. διχῶς, καὶ ὁ σκύφος καὶ τὸ σκύφος* [*οὐδετέρως*]. Delendum *οὐδετέρως*, cuius generis emblemata in grammaticorum libris ubique deprehenduntur ubique expellenda.

Sed gravius affecit praepostera interpolatio longius scholion

ad ξ. 327, in quo origo oraculi Dodonaei explicatur, quodque ita legitur in QV. *ποιμὴν νέμων πρόβατα ἐν τοῖς τῆς Δωδώνης ἕλεσι τοῦ πέλας* (an: *τ ο υ πέλας*?) *ὑφείλετο ποίμνην καλλίστην, καὶ εἴρξας εἰς τὴν σφετέραν αὐλὴν ἐφύλασσεν. ὅθεν τὸν δεσπότην φασὶ ζητεῖν παρὰ τοῖς ποιμέσι τὰ κεκλεμμένα πρόβατα, μὴ εὑρόντα δὲ ἐρωτᾶν τὸν θεὸν, τίς ἐστιν ὁ κλέψας. τότε πρῶτον, φασὶ, τὴν δρῦν φωνὴν ἀφεῖναι, ὅτι τῶν ἀκολουθούντων ὁ νεώτατος. ἐξετάσαντα δὲ τὸ λόγιον εὑρεῖν παρὰ τῷ ποιμένι νεωστὶ βοσκήσαντι τῷ χωρίῳ* (an: *ἐν τ. χ.*?) — — *τοῦτον λέγεται προσοργισθέντα τῇ δρυῒ θελῆσαι αὐτὴν ἐκκόψαι νύκτωρ. πελειάδα δὲ ἐκ τοῦ στελέχους ἀνακύψασαν ἐπιτάξαι μὴ τοῦτο δρᾶν. τὸν δὲ δειματωθέντα μηκέτι τοῦτο τολμῆσαι,* [*μὴ θιγεῖν τοῦ ἱεροῦ τούτου δένδρου*]. Scripsit in his Dindorfius *θιγεῖν* pro *θίγειν*, mea quidem sententia glossema emendans manifestissimum. Stabilitur haec suspicio ipsa, quam apposuit, Buttmanni adnotatione hac: „Sic Q et V ed. ant. In recentioribus autem verba haec ita, *λέγουσαν, μὴ θίγειν τοῦ ἱεροῦ τούτου δένδρου,* rejiciuntur post illa, *μὴ τοῦτο δρᾶν,* satis probabiliter." Immo, quod haec verba, caeterum ad sententiam recte intelligendam prorsus supervacanea, sic incerta sede vagantur, hoc ipsum iam satis est ad interpolationem arguendam et expellendam. Huc accedit quod, ut verba nunc collocata sunt, constructio, ut lenissime dicam, impedita est et obscura, (*τοῦτον* — *μ η κ έ τ ι τ ο ῦ τ ο τολμῆσαι, μ ὴ θ ι γ ε ῖ ν τοῦ ἱ. τ. δένδρου*); et, si coniunguntur ita, ut Buttmanno „satis probabiliter" visum est, nempe sic: *πελειάδα* — *ἐπιτάξαι μὴ τοῦτο δρᾶν, μὴ θιγεῖν τοῦ ἱ. τ. δένδρου,* manifestius etiam fit, prorsus eadem bis dici, sive glossema hoc dicendum est, sive dittographia.

Sic etiam dubius haereo, ad utrum interpolationis genus pertineat, quod legitur ρ. 317 in explicatione voc. *κνώδαλον,* quod ita exponitur ex constanti sed falsa grammaticorum veterum opinione: *κυρίως μὲν τὸ θαλάσσιον θηρίον* [*τὸ κῆτος*], *νῦν δὲ θηρίον ὑπὸ κυνῶν ἁλισκόμενον.* Alterutrum, aut *τὸ*

θαλάσσιον θηρίον, aut *τὸ κῆτος*, abundat, (Suidas: *κῆτος· θαλάσσιον θηρίον πολυειδές*). Equidem expunxerim *τὸ κῆτος*, ob consensum omnium fere lexicographorum, verbis nostro scholio simillimis voc. *κνώδαλον* interpretantium. Hesychius: *κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια θηρία· κινώθαλα γάρ ἐστιν τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίουφησίν*, et sic Suidas et Etymologicum Magnum et Scholia ad Aristoph. Vespas. ad vs. 4. Sed Apollonius Sophista (in Lex. Hom. p. 490 Vill.) *κνώδαλα δέ, τὰ θαλάσσια κήτη* dixit. Igitur in medio relinquo, utrum sit delendum; alterutrum autem delendum esse, manifestum, credo, est. .

Hucusque eas tantum attigi interpolationes, quae molestae quidem erant, sed sine sententiae detrimento. Et proposui eos tantum locos, ubi ad interpolationis suspicionem etiam externum aliquod testimonium accedebat, bene gnarus, quanta cautione de hoc mendorum genere iudicandum sit in scriptoribus, quales sunt scholiastae nostri. Cuius rei unum proferam exemplum. Movetur ad *ι*, 106 futilis quaestio Aristotelis de Polyphemi origine, his verbis: *ζητεῖ Ἀριστοτέλης πῶς ὁ Κύκλωψ [ὁ] Πολύφημος μήτε πατρὸς ὢν Κύκλωπος, Ποσειδῶνος γὰρ ἦν, μήτε μητρὸς, Κύκλωψ ἐγένετο. αὐτὸς δὲ ἑτέρῳ μύθῳ ἐπιλύεται. καὶ γὰρ ἐκ Βορέου ἵπποι γίνονται, καὶ ἐκ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Μεδούσης ὁ Πήγασος ἵππος. τί δ' ἄτοπον ἐκ Ποσειδῶνος τὸν ἄγριον τοῦτον γεγονέναι;* etc. Ita editur ex HQ. Equidem libenter deleverim primum *ὁ Κύκλωψ*, nec facile crediderim ab Aristotele, si modo revera Aristoteles harum ineptiarum auctor est, haec ita scripta fuisse, sono admodum ingrato propter *Κύκλωψ* illud ter repetitum. Sed cave deleas. Nam in eo libro, unde haec scholia excerpta sunt, iam ita fuisse, patet ex cod. T ad *ι*. 311, ubi haec, eadem ingrata vocabuli *Κύκλωψ* repetitione, ad verbum prorsus ita leguntur.

Multo facilior et evidentior simul res est, ubi additamentis alieno loco adglutinatis, sententiarum ordo et nexus pessumdatus est, cuius generis nunc nonnulla indicabo.

Rixantur *α*, 383, seqq, Antinous et Telemachus, cui inter alia convicia Antinous et hoc apprecatur:

μὴ σέγ' ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλῆα Κρονίων
ποιήσειεν, ὅ τοι γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν. (vss. 386 et 387.)

cui ita sua vice Telemachus (vs. 390 sqq.):

καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι.
ἦ φῄς τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι; etc.

Senserunt, vel potius finxerunt in his difficultatem quamdam scholiastae, ita ratiocinantes: *πῶς Ἀντινόου εἰπόντος „μὴ σέγ' ἐν* etc." *ὁ Τηλέμαχος ὥσπερ τοὐναντίον ἀκούσας φησι „και κεν τοῦτ'* etc.;" *εἰ μὲν γὰρ εἰρήκασι, βασιλῆά σε ποιήσειαν οἱ θεοί, ἀκόλουθον ἦν φάναι, „και κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι,"* *ὡς και αὐτοῦ ἐθέλοντος τὸν Δία δῆθεν πιστεῦσαι αὐτῷ τὴν βασίλειαν καὶ συνευχομένου· τῷ φαμένῳ δέ, μὴ ποιήσειέ σε μηδὲ δοίη σοι ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν, (ἀκόλουθον ἦν φάναι, οὐκ ἂν τοῦτ' ἐθέλοιμι,)* [1]) *ἀλλ' οὐ τοὐναντίον ὅτι βασιλεῦσαι εὔχεται.* — — Hae igitur graves hercle difficultates ita tolluntur. *ῥητέον οὖν ὅτι ἐστι τὸ ‚τοῦτο' δεικτικόν, καὶ οὐ κοινῶς ἐπι τὸ προειρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀντινόου ἀναφέρεται, ἀλλ' ὅτι ἡ περίοδος τοῦ λόγου ἀνέστραπται. ἔστι γὰρ αὕτη „οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν* etc. *καί κεν τουτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι."* *ἤ σύγε τοῦτο νενόμικας ἐν ἀνθρώποισι κάκιστον τετύχθαι, οὐδὲν ἦν ἄτοπον. οὕτω και νῦν τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον τῶν ἐπῶν, ἀνεστραμμένης τῆς περιόδου ἀκουστέον καὶ κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι* etc." Hem argutias! Sed quicunque Scholiastae rationes aliqua diligentia sequutus est, Dindorfio adsentietur, credo, de verbis *οὐδὲν ἦν ἄτοπον* haec monenti: „Haec verba nec cum antecedentibus cohaerent, nisi *ἤ σύ γε* in *εἰ σύ γε* mutetur, nec cum sequentibus," unde confecit v. cl. „aliquid excidisse videri." Superesse potius aliquid videtur. Nam si vel maxime, verbis *ἤ σύ γε*

---

[1]) Ita admodum probabiliter explevit Dindorfius lacunam, quam post *βασιλείαν* indicavit.

in εἰ σύ γε mutatis, illa: οὐδὲν ἦν ἄτοπον, cum praecedentibus cohaererent, — quod nunc non possunt, nam tum οὐδὲν ἂν ἦν ἄτοπον scriptum oportuit, — ne sic quidem, ipso Dindorfio teste, ullo modo recte cohaerent cum iis quae statim sequuntur. Igitur, meo quidem iudicio, verba illa sine ulla dubitatione inducenda sunt. Res haec est: demonstravit Scholiasta, verba Homeri inverso ordine esse enunciata ac cogitationis ordo postulabat. Collocat haec igitur ita, ut secundum naturae ordinem inter se sequi debere ei visa sunt: nempe sic:

οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ (392.)
ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός. (393.)
καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι. (390.)
ἦ φῇς τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι; (391.)

Ut autem Homericam vocabuli φῄς potestatem aequalibus clariorem redderet, usus est eius paraphrasi prosaica: ἦ σύ γε τοῦτο νενόμικας ἐν ἀνθρώποισι κάκιστον τετύχθαι; Adscripsit aliquis, philosophum agens, οὐδὲν ἦν ἄτοπον, quo additamento sublato omnia arctissime cohaerent et procedunt optime.

Neque hic unicus locus est, ubi illud ἄτοπον omnia turbavit et ἀτόπως πάνυ in textum intrusum est. Factum est hoc iterum δ, 1. παρὰ τὴν ἱστορίαν φασὶν εἶναι τὸν γενόμενον ἤδη ἐν τῇ Λακωνικῇ (αἱ γὰρ Φηραί, ἔνθα Διοκλῆς ᾤκει, τῆς Λακωνικῆς εἰσι). τὸν οὖν γενόμενον ἐν τῇ Λακωνικῇ αὖθις ὡς μὴ γενόμενον ἐπισημαίνεσθαι ἄ τ ο π ο ν. Sunt haec ut opinor, admodum παρὰ τὴν σύνταξιν dicta vel potius edita. Prior enim sententia verbo caret, ideoque frustra quaerit finem; nec, si a verbis τὸν οὖν γενόμενον nova incipit sententia, vocabulum οὖν habet cur addatur. Contra ipsum illud οὖν documento est, omnia ordine continuanda esse, namque ita, post interiectam sententiam, verba intersecta cum sequentibus connectuntur. Ergo, deleto illo ἄτοπον, quae nunc contra sensum in duas sententias distracta sunt, uno tenore sic sunt scribenda: παρὰ τὴν ἱστορίαν φασιν εἶναι τὸν γενόμενον ἤδη ἐν τῇ Λακωνικῇ· — αἱ γὰρ Φηραί, ἔνθα

Διοκλῆς ᾤκει, τῆς Λακωνικῆς εἰσι· — τὸν οὖν γενόμενον ἐν τῇ Λακωνικῇ αὖθις ὡς μὴ γενόμενον ἐπισημαίνεσθαι, et ita manifestius etiam fit, per *ἄτοπον* idem, sed multo minus distincte, significari ac per *παρὰ τὴν ἱστορίαν*. Ne quis autem vocabuli *οὖν* post parenthesin collocati exemplum quaerat, adscribam unum locum, p. 51, 30 sqq, *φαίνεται Ὅμηρος ἀδύνατον νομίσαι ἄνδρα, ὑπὸ γυναικὶ τεθραμμένον, — — — κινδύνων τε ξενικῶν μὴ εἰληφότα πεῖραν, μηδὲ μετασχόντα ἀνδρῶν καὶ ἀγωνιάσαντα· (ἐν ὅσαις ἀδημονίαις γέγονε Τηλέμαχος προσιέναι μέλλων Νέστορί τε και Μενελάῳ και Ἑλένῃ·) φαίνεται οὖν μήτοι ἂν δυνηθῆναι νομίσαι ἀρετῆς ἄλλως πῶς μετασχεῖν.*

ε. 81. Intrat Hermes Calypsus antrum, *οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα ἔνδον ἔτετμεν || ἀλλ' ὅ γ' ἐπ' ἀκτῆς κλαῖε καθήμενος*. Ad hos versus scholion legitur in HPQ eiusmodi: *τὸ μὲν εἰς τὸ περιπαθές, οἷος Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένος καὶ διημερεύων ἐπὶ τῇ ακτῇ. σιωπᾷ δὲ* (Hermes) *τοῦ εὐπρεποῦς χάριν· οὐ γὰρ ἔδει [περι τοῦ] παρόντος τοῦ ἀνδρὸς ἀπερικαλύπτως θεοὺς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι*. Nescio, utrum *περὶ τοῦ* dittographia sit vocabulorum quae statim sequuntur, *παρόντος τοῦ*, an ortum ex quaestione inepta, margini adscripta, qualem Lehrsius in scholio ad *Θ* 368 delevit, „*τίνες ἦσαν;* sc. labores Herculis." Sed hoc scio, illo *περὶ τοῦ* omnem spem sententiae recte intelligendae irritam fieri. Et sic iudicavit etiam in Addendis Dindorfius, monens, p. 761, ad p. 250, 7: „*τοῦ* aut delendum, aut in *τούτου* mutandum." Sed ne sic quidem intelligo, quid sit: *οὐκ ἔδει, περὶ παρόντος τοῦ ἀνδρὸς — διαλέγεσθαι*, vel, *περὶ τούτου παρόντος τοῦ ἀνδρὸς — διαλέγεσθαι*. Immo praestat utrumque vocabulum, *περὶ τοῦ*, delere et sic locus una litura sanatus erit. Simul malim *παρόντος τ ο υ ἀνδρός*, non *τοῦ*, quorum verborum frequens confusio est.

In pulcherrima comparatione, *θ*. 523 seqq.:

ὡς δὲ γυνὴ κλαίῃσι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα

ὅστε ἑῆς πρόσθεν πόλιος λαῶν τε πέσῃσιν, — —
ἡ μὲν τὸν θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα
ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει· οἱ δέ τ' ὄπισθεν — —
εἴρερον εἰσανάγουσι, πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζύν etc.,

in T haec observantur ad εἴρερον: τὴν ἐξ αἰχμαλωσίας δουλείαν νῦν ἐκάλεσεν. ἔχει δέ τινα τοῖς κακοῖς παραμυθίαν τὸ καὶ (fort. καὶ τὸ) ἀποδύρεσθαι. — — [ἐπὶ] ταύτῃ δὲ οὐδὲ ἐξουσία δέδοται δακρύων, ἵν' ἐπικουφίσῃ τὴν συμφοράν, ἀλλ' εἰς δουλείαν ἄγεται τυπτομένη. In his quis est qui non sentiat, quam egregie confundat omnia istud ἐπί? et quam recte omnia habeant, inopportuna vocula remota? Unde vitium ortum sit, non facile dixerim; fortasse, — ut librarius cod. Hamburgensis (T) caeteris negligentior est, — aberrantibus eius oculis ad ἐ π ὶ κουφίσῃ. Scribendum itaque est: ταύτῃ δὲ οὐδὲ ἐξουσία δέδοται δακρύων, quemadmodum statim sequitur: πάντα οὖν εἰς αὐτὸν συνήγαγεν ἐπὶ τὴν ὄψιν, — — τὴν ἀνάγκην τῆς αἰχμαλωσίας, τ ὸ μ ὴ ἀ π ο κ λ α ῦ σ α ι τ ὴ ν σ υ μ φ ο ρ ά ν ἐ ξ ε ῖ ν α ι, sententia prorsus simili.

λ. 118, in Tiresiae vaticinio dicuntur haec:

ἀλλ' ἤτοι κείνων (procorum) γε βίας ἀποτίσεαι ἐλθών·

quae ita explicantur: ἀποδώσει τιμωρίαν [τῶν] ὧν ἔπραξαν. Licet scholiastis uti Attica, quae dicitur, attractione, τιμωρίαν ὧν ἔπραξαν, id est, τιμωρίαν τούτων ἃ ἔπραξαν, sed si istud maioris etiam elegantiae studio factum est, ut τῶν ὧν copuletur, mira sane est elegantia, quae sententiam obscurat. Verum suspicor, non scriptorem, quisquis fuit, sed scribam in his culpae affinem esse, et τῶν male abundare.

Ad σ. 64. ξεινοδόκος in H explicatur: ὁ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενος, διὰ τοῦ κ. ἀντὶ τοῦ χ., ὡς ἱστοδόκος, [ἢ] ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι. Eadem fere leguntur in Lexicographis, Hesychio, Suida, Etym. M. Apollonio Sophista. Sed et ipsa, quae citavi, Scholiastae verba, et rerum natura, clamant, scriptum fuisse, non ἢ ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, quasi ea alia derivatio esset, sed, remoto ἤ, διὰ τοῦ κ ἀντὶ τοῦ χ., — ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι.

Et sic sensim delapsi sumus ad aliud additamentorum genus, quod in nostris scholiis non minus uber vitiorum corruptelarumque fuit fons, dittographias dico aut singularum syllabarum aut verborum totarumque etiam sententiarum. Ortae sunt hae partim ex scribarum negligentia et errore saepe excusabili, quum unusquisque, qui unquam aliquid exscribere coactus fuit, id testari possit, quam saepe ea, quae ex sequentibus iam mente complexus erat, antecedentibus male immiscuerit, et contra male repetiverit vocabulum vel terminationem ex antecedentibus, deceptus *τῇ παρηχήσει*. Ceteris frequentius, ut supra iam significavi, impegit in his librarius codicis T., quale est, quod ad *β*. 20, in expositione vocc. *ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον,* (p. 577, l. 5) legitur in EHMV. *καὶ ὠνομάσθη ἄριστον ἢ παρὰ τὸ τοὺς λαμβάνοντας εἰς ἀριστείαν ἔρχεσθαι,* (T. *ἀπέρχεσθαι*) *ἢ ἀπὸ τοῦ προσφέρεσθαι ταύτην πρώτην τροφήν* etc. quae omnia ad verbum leguntur ad B. 381 ex Victoriano (V). Pro his in T haec sunt: „*προφέρεσθαι ταύτην πρώτην ταύτην* (sic) *τὴν τροφήν*." App. p. 738. Luce clarius est, librarium *ταύτην* errore bis posuisse. Et sic *β*. 263, pro eo, quod est in BEHQV. *ἠεροειδέα πόντον:* —— *ἢ ἐπεὶ τὸν ἀέρα καθορᾶν ἔστιν ἐν τῷ ὕδατι,* legitur in T. „*ἢ ἐπεὶ καθορᾶν τὸν ἀέρα καθορᾶν* (sic) *ἐν τῷ ὕδατι,*" App. p. 741, ubi vitio repetitum *καθορᾶν* expulit verbum *ἔστι,* sine quo sententia non constat, et sic in pag. sequenti ad *β*. 378 etc. Sed saepe totae sententiae bis ponuntur verbis parum aut nihil discrepantibus, in cuius rei originem causamque nunc nolo inquirere, rem notasse sufficiat. Praeivit in his expellendis Dindorfius, qui ad *γ*. 341. *γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον: ἐζήτησαν διὰ τί τοῖς θεοῖς ἀπένεμον τὰς γλώσσας. οἱ μὲν ἐνόμισαν, ὧν ἐστι Λέανδρος ἢ Ἀρητάδης, κατὰ πατρῷον ἔθος Ἰώνων. ἔστι γὰρ πάτριον ἔθος Ἰώνων. Ἀπίων δὲ* etc., observavit: „verba proxima *κατὰ πατρῷον* — *πάτριον ἔθος Ἰώνων* aut dittographia aut lacuna laborant." Mihi prius verosimilius videtur, nam ad sententiam nihil deest.

Similiter Buttmannus dittographiam indicavit, quamquam du-

bitanter, in loquaci scholio, Porphyrii sine dubio, ad α. 1, cuius etiam pars maior legitur in cod. Leidensi scholiorum ad Iliadem, et inde a Valckenario relata ad I. 308 editaque ad finem Ammonii, monentibus Buttmanno in Add. p. 562, et Dindorfio in annot. ad nostrum locum. Disputatur in hoc scholio, quo tandem sensu Homerus Ulyssem *πολύτροπον* dixerit, quod epitheton Antistheni vituperii potius quam laudis iudicium habere videbatur. *οὐκ ἐπαινεῖν φησιν Ἀντισθένης Ὅμηρον τὸν Ὀδυσσέα μᾶλλον ἢ ψέγειν, λέγοντα αὐτὸν πολύτροπον. οὐκ οὖν τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Αἴαντα πολυτρόπους πεποιηκέναι, ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ γεννάδας* etc. Sed hanc gravissimam difficultatem Antisthenes ita solvit: (*λύων οὖν ὁ Ἀντ. φησί*): Habet vocabulum *τρόπος* duplicem significationem; refertur enim aut ad mores et indolem, aut ad verborum usum: *μήποτε οὖν* (fortasse) *ὁ τρόπος τὸ μέν τι σημαίνει τὸ ἦθος, τὸ δέ τι σημαίνει τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν.* Igitur *πολύτροπος* est qui de eadem re, secundum variam auditorum indolem, variis modis agere didicit: *ἐπιστάμενοι πολλοὺς τρόπους λόγων περὶ τοῦ αὐτοῦ πολύτροποι ἂν εἶεν.* Explicatur quid hoc sibi velit exemplo Pythagorae. *οὕτω καὶ Πυθαγόρας λέγεται πρὸς παῖδας ἀξιωθεὶς ποιήσασθαι λόγους διαθεῖναι πρὸς αὐτοὺς λόγους παιδικούς, καὶ πρὸς γυναῖκας γυναιξὶν ἁρμοδίους, καὶ πρὸς ἄρχοντας ἀρχοντικούς, καὶ πρὸς ἐφήβους ἐφηβικούς. τὸν γὰρ ἑκάστοις πρόσφορον τρόπον [τῆς σοφίας] ἐξευρίσκειν σοφίας ἐστίν·* (In his *τῆς σοφίας*, „pro quo — — aut *τοῦ λόγου* oportuit aut nihil" [1]), delendum est, sine dubio ex dittographia ortum), *ἀμαθίας δὲ τὸ πρὸς τοὺς ἀνομοίως ἔχοντας τῷ τοῦ λόγου χρῆσθαι μονοτρόπῳ.* Sic haec extrema nunc recte ex H. constituta sunt, quae olim ita edebantur, ut intelligi non possent. Nempe „legebatur *ἀμαθίας δὲ εἶναι τὸ πρὸς τοὺς ἀνομοίους ἐντυγχάνοντα τοῦ λόγου τὸ μονότροπον*, consentiente Leid. in qua scriptura desideratur infinitivus quocum

---

[1]) Sic Buttmannus, qui in illo repetito *σοφίας* se haerere profitetur.

construatur ἐντυγχάνοντα." (Dind.) Sed sequentia adhuc male laborant. ἔχειν δὲ τοῦτον καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐν τῇ τῆς τέχνης κατορθώσει, ἠσκηκυίας τῆς θεραπείας τὸ πολύτροπον διὰ τὴν τῶν θεραπευομένων ποικίλην σύστασιν. Non sunt haec admodum aperta, itaque „haec non integra esse animadvertit Buttm.," probante Dindorfio, quamquam mihi potius corrupta quam defecta videntur. Et Buttmannum praecedentia in errorem induxerunt, quibus tum nec caput nec pes constabat, quapropter verbum ἔχειν iis voluit affingere. Sed praecedentia nunc sese recte habent, et totius loci sententia est aperta, nempe haec: Sapientis est, ait scholiasta, exquirere quis colloquendi modus cuiusque naturae et moribus consentaneus sit; inepti autem, apud varia hominum genera eodem colloquendi modo uti. Aliquid autem simile in medicina fit; nempe pro varia aegrorum natura varii curandi modi adhibentur. Haec si sententia corruptis nostris verbis inest, — ut inest sine dubio, — emendatio est perspicua et lenissima. Τοῦτον cui referatur, non video; emendandum est τοῦτο, quod ad totam praecedentem sententiam refertur, quorumque vocabulorum frequentissima est confusio. Deinde ἠσκηκυίας in ἠσκηκυῖαν mutandum censeo, relatum ad ἰατρικὴν, mutatione itidem lenissima, ex siglarum similitudine repetenda [1]). Nam ἠσκηκυίας si servatur, coniungatur necesse est aut cum τέχνης, quod contortum, aut cum θεραπείας, quod absurdum. Totus igitur locus sic mihi constituendus videtur: τὸν γὰρ ἑκάστοις πρόσφορον τρόπον ἐξευρίσκειν σοφίας ἐστίν· ἀμαθίας δὲ τὸ πρὸς τοὺς ἀνομοίως ἔχοντας τῷ τοῦ λόγου χρῆσθαι μονοτρόπῳ. ἔχειν δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐν τῇ τῆς τέχνης κατορθώσει, ἠσκηκυῖαν τῆς θεραπείας τὸ πολύτροπον, διὰ τὴν τῶν θεραπευομένων ποικίλην σύστασιν [2]). Habet enim idem, quod in

---

[1]) Cfr. Bast. Comm. Pal. p. 755, et p. 756.

[2]) Subst. σύστασις ter quater in nostris Scholiis legitur, sed semper commendandi significatione, ut verbo συνιστάναι respondeat idem significanti, de quo

dicendo usu venit, etiam medica ars, si vere hoc nomen profitetur, (*ἐν τῇ τῆς τέχνης κατορθώσει*), ut adhibeat varios curandi modos, pro varia aegrotorum natura, quae nunc sententia perspicue verbis emendatis inest. Errori ansam dedit, quod non animadversum esset, sententiam ex oratione directa repente transire in indirectam, quod quam frequenter, et quam nostro saepe sensui inconcinne apud omnes omnium temporum Graecos scriptores usu veniat, sciunt omnes, qui aliquam his literis operam dederunt [1]).

Huius autem rei observatio fortasse salutem afferre potest loco, qui nunc gravi vulnere afflictus medicinam exspectat. Mentor, sive potius Athena, ita apud Nestorem instruit Telemachum, *γ*. 230 seqq.:

Τηλέμαχε, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;
ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. — —
ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίϊον οὐδὲ θεοί περ (236)
καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν κ. τ. ἑ.

Et hic locus *τοῖς λυτικοῖς* uberrimam dubitandi materiam

---

monuit Buttm. ad *η*. 225; v. c. *δ*. 587. *τοῦτο εἰς σύστασιν τοῦ ἥρωος κτἑ.* Sed et ea significatio, quam aperte noster locus flagitat: constitutio corporis, substantivo *σύστασις*, — quod, si quid aliud, *τῶν πολυσήμων* est, — sine dubio inest, ut in Stephani Thesauro primum probat ipse Stephanus ex Budaeo, locum Alexandri Aphrodisiensis afferente, confirmavit deinde Dindorfius allatis et aliorum locis et duobus Dionis Cassii, quorum hic inprimis hanc vocabuli significationem illustrat: XXXVIII, 19. in f. *ἐγὼ τοίνυν πρῶτον μὲν ἁπάντων ὁρῶ σε ὑγιαίνοντα τῷ σώματι καὶ εὖ μάλα ἐρρωμένον, — — ἔπειτα δὲ κτἑ. ὅταν — τινὶ ἥ τε τοῦ σώματος σύστασις εὖ ἔχῃ καὶ διαρκεῖν ἀφροντιστῶν δύνηται, πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν ἐπιβάλλοντα καρποῦται.* Bekker. I. p. 167.

[1]) Dabo ex ingenti numero hunc Theophrasti locum, ut sit instar omnium, in cap. *περὶ κολακείας*, § 1. *τὸν δὲ κόλακα (ὑπολάβοι ἂν τις) τοιοῦτόν τινα, ὥστε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν· — — „Ηὐδοκιμεῖς χθὲς ἐν τῇ στοᾷ·" πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων καὶ ἔμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι.*

praebuit. Dubitatum est, inquiunt, quomodo Homerus unam eandemque personam, Mentorem nempe, inducere possit, supra dicentem *ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων* etc., nunc autem declarantem, ne deos quidem mortem nec ab homine iis dilectissimo propellere posse. *καὶ πρὸς τοῦτο φαμὲν ὅτι ὃ μὲν ἀνωτέρω λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς εὐκόλως ἂν σώσαιεν καὶ ἀπὸ μακρόθεν οἱ θεοὶ ὃν ἂν βούλοιντο, κἂν ἐν ἀφύκτοις δεσμοῖς περιέχηται, μηδὲ πεπρωμένης οὔσης τῆς αὐτόθι τελευτῆς ἐκείνου. — ὃ δὲ παρακατιὼν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸν ὁμοίϊον θάνατον, ἤγουν* (hoc est) *τὸν πᾶσιν ὁμοίως διδόμενον, οὐδ' οἱ θεοὶ ἂν ἀποσοβήσειαν ἀφ' οὗ βούλοιντο, ἀλλὰ τότε ὁπόταν ᾖ πεπρωμένον τὸ τελευτῆσαι αὐτόν.* Ad ultima verba Dindorfius: „oratio," inquit, „non integra. Excidit *τελευτᾷ* vel *τελευτήσει* vel *τελευτῆσαι ἀνάγκη.*" Videndum annon potius *τὸ* citra necessitatem abundet, ex sequenti syllaba *τε* in *τελευτῆσαι* iteratum, locusque ita scribendus sit: *ἀλλὰ τὸν ὁμοίϊον θάνατον — — οὐδ' οἱ θεοὶ ἂν ἀποσοβήσειαν ἀφ' οὗ βούλοιντο, ἀλλὰ τότε, ὁπόταν ᾖ πεπρωμένον, τελευτῆσαι αὐτόν.* Quodsi in his recte *τὴν θεραπείαν ἠσκηκέναι* videar, addendus hic locus iis, ubi in nostris scholiis oratio repente in indirectam formam convertitur, quae sine labe evasit p. 59. l. 15: *Ἑλένη — ἐδήλωσεν ὅτι παρθένοις μόνον ἦν αἰσχρὸν, — — ταῖς δὲ γαμηθείσαις μὴ εἶναι αἰσχρόν,* et p. 523, l. 9. *Τάνταλος — ἀπλήστως διετέθη. κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, — ἔδωκε τοῖς ὁμήλιξιν. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτόν, κ. τ. ἑ.* et iterum p. 720, l. 3, et 311, l. 29.

Exigua dittographia delenda est in paraphrasi versus *α*, 62: *τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ;* in cod. H: *τί αὐτῷ [τὸ] τοσοῦτον ὠργίσθης, ὦ Ζεῦ;* Eiusdem generis mendum commissum ad *γ*. 115. *ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ τοιαύτη εἶναι ἡ ἀπόδοσις, ἀλλ' οὕτως ἔχει ὁ λόγος· τίς ἂν ἐκεῖνα πάντα διηγήσαιτο; οὐδ' εἰ ἐπὶ πέντε [ἔτη] καὶ ἓξ ἔτη παραμένων ἐξερέοις ὅσα κεῖθι πάθομεν, δύναιτό τις πάντα μυθήσασθαι.* In his

inepte bis repetitur *ἔτη*, quod omittit T, in quo et *ἐπὶ* omittitur, fortasse recte. (App. p. 745) [1]).

γ. 467. De Telemacho a Polycasta, Nestoris filia, lavato haec dicuntur:

ἀμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα,

ad quae hoc scholion est, primum in HM. *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐν τῇ πυέλῳ ὄντες περιεβάλλοντο διὰ τὸ αἰδεῖσθαι,* quam observationem iam supra indicavi Aristarchi esse videri, et quam statim haec excipiunt: *τὸ δεύτερον πρῶτον εἶπεν, ὡς τὸ „οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα,"* quae pertinent ad vocc. *φᾶρος* et *χιτῶνα,* inverso ordine collocata. Idem legitur in codd. BE. *ἐν τῇ λεκάνῃ ἐνεδύοντο διὰ τὸ αἰδεῖσθαι. ἢ* (malim *καὶ*) *ἀδιαφόρως εἶπεν,* (*ἐπεὶ* inserendum videtur) *καὶ ἄλλως τὸ πρῶτον εἶπε δεύτερον, ὡς τὸ „οὐδ' ἀπέλυσε* etc." [*τὸ πρῶτον εἰπὼν δεύτερον*]. Quid dittographia erit, si haec non est? Simul pro *ἢ* scripsi *καί,* quae exarantur sigla simillima; nam quid particula disiunctiva sibi velit, non facile dixerim. Itidem post *εἶπεν* inserui *ἐπεί,* nam et vocabulorum *εἶπε, ἐπεὶ* et *ἐπί* constans est permutatio, ita ut aliquoties alterum ab altero extrudatur, cuius observationis fructus et postea apparebit.

In longo scholio, Porphyrii, ut credo, ad *ε*, 260, dicitur inter alia bene multa: *τὸ ,ἐπητής' δ' ἐστὶν παρὰ τὸ ἔπος* [*γέγονεν*], *ὥσπερ παρὰ τὸν λόγον ,λόγιος'.* Recte dicitur: *τὸ ἐπητὴς γέγονεν παρὰ τὸ ἔπος,* recte item *τὸ ἐπ. ἐστὶ παρὰ τὸ ἔπος,* non recte utrumque copulatur. Iterum occurrit ea interpretatio ad *ν*. 332, (p. 573, l. 16 seqq.) ex B ita: *ἐπήτης, λόγιος. καὶ ὥσπερ ὁ λόγιος παρὰ τὸν λόγον, οὕτω καὶ ἐπήτης παρὰ τὸ ἔπος* et sic paulo post ad verbum fere legitur in Harleiano (H).

Post ratem a Neptuno diffractam, Ulysses, Athena adiuvante,

---

1) Etiam H. a talibus erroribus plane immunis non est, v. c. ad *ζ*. 160. pro *πρὸς τὸ ὀρθὸν καὶ εὐφυὲς μόνον τοῦ σώματος* habet: *„ὀρθὸν μόνον καὶ εὐφυὲς μόνον* (sic)." Praef. LIV.

summa virium intentione natat, ut in Phaeacum terrae conspectum veniat, et

νῆχε παρέξ, ἐς γαῖαν ὁρώμενος, εἴ που ἐφεύροι
ἠϊόνας τε παραπλῆγας λιμένας τε θαλάσσης. (ε, 439 et 440.)

Ad hos versus observatur in PQ. *ἄμφω* (nempe *νῆχε παρέξ* et *ἐς γαῖαν ὁρώμενος*), *εἰς τὴν καρτερίαν τοῦ Ὀδυσσέως.* [*ὡς*] *νηχόμενος γὰρ τῆς παρατηρήσεως οὐκ ἠμέλει.* Significat, credo, *ὡ ς νηχόμενος,* quasi nataret. At non comparatio est, aut suppositio rei, quae fieri possit, sed natabat revera Ulysses; quare expungendam censeo molestam voculam *ὡς,* quippe ex ultima syllaba praecedenti vocabuli (*Ὀδυσσέ ω ς*) oscitanter repetita ortam.

Ulysses, ab Arete, Phaeacum regina, interrogatus, quis et unde sit, breviter respondet, narrando sua in Ogygia apud Calypsum fata et naufragium quod ab ea discedens propter Neptuni iram passus erat. In his ita narrat suum apud Calypsum adventum eiusque amorem:

δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ
νῆσος ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί, ἔνθα Καλυψώ
ναίει ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεός, ἥ με λαβοῦσα
ἐνδυκέως ἐφίλει τε καὶ ἔτρεφεν ἠδὲ ἔφασκεν
θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρων ἤματα πάντα·
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν [1]). η, 258 seqq.

Ad haec hoc scholion est *λυτικοῦ* alicuius, in PQT. Et cur, rogat, noluit Ulysses? *ἔοικε διὰ τό, οὔποθ' ἔπειθε. δῆλον οὖν* (an: *δηλοῖ*?) *οὐ τὸ μὴ θέλειν γενέσθαι ἀθάνατος, ἀλλὰ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῇ τοιαῦτα λεγούσῃ. ἡ μὲν γὰρ ἔφασκε ποιήσειν, ὁ δὲ* [*οὐκ ἐπίστευεν. ἀλλ'*] *οὐχὶ πιστεύων παρῃτεῖτο.* In his primum opinor pro *δῆλον* scribendum esse *δηλοῖ*, nam ipsa constructio nominativi cum infinitivo, *τὸ μὴ θέλειν*

---

[1]) Totus hic locus, vs. 251—258. spurius iudicatur in scholio ex HP. *ἀθετοῦνται δὲ στίχοι η'. ὕστερον γὰρ ταῦτα λέγεται, εἰ δὲ προείρητο, οὐκ ἂν ἐπαλιλλόγει.*

γενέσθαι ἀθάνατος, requirit verbum eiusmodi; nam facile vincam, *δῆλόν ἐστι, οὐ τὸ μὴ θέλειν γενέσθαι ἀθάνατος, ἀλλὰ* etc., absurde et soloece et *παρὰ τὴν Ἑλληνικὴν σύνταξιν* esse dictum. Si *δῆλόν ἐστι* sanum esset, *οὐ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν γεν. ἀθάνατον* scriptum oportuit. Deinde, ut iam significavi uncinis positis, planissime idem bis dicitur. *Ἡ μὲν γὰρ ἔφασκε ποιήσειν, ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευεν* recte dictum est. Aliquanto etiam ornatius: *ἡ μὲν ἔφ. ποιήσειν, ὁ δὲ οὐχὶ πιστεύων παρῃτεῖτο.* Sed quid, quaeso, excogitari potest ineptius et loquacius, quam ita dicere: haec quidem promisit, eum immortalem reddere, illi autem non potuit persuadere, sed quum non poterat persuadere, honorem deprecatus est? Talis, credo, dicendi modus in nullum hominem sanum, ne in scholiastam quidem, cadit.

Idem tamen commissum est *θ*, 31, ubi Alcinous ita ad Phaeaces, in concionem advocatos: *ἡμεῖς δ', ὡς τὸ πάρος περ, ἐποτρυνώμεθα πομπήν*, ad quae scholiasta cod. T. *χρησίμως ταῦτα·* (nempe *ὡς τὸ πάρος περ*, quo addito Phaeacum *φιλοξενίαν* laudat, ut disertius observat ad eundem locum H) *προτρέπει γὰρ τοὺς πολίτας [ἐκπεμφθῆναι] πρὸς τὴν ἔκπεμψιν τοῦ ξένου.* Etiam hic delenda dittographia, nisi quis putet recte intelligi posse: adhortatur cives suos, *ἐκπεμφθῆναι πρὸς τὴν ἔκπεμψιν* hospitis. Equidem ea verba Graece posui, quoniam non modo ea intelligere, sed ne vertere quidem aliquomodo possum.

Statim post, ad vs. 32, legitur in eodem cod. T. *οὐδὲ ἄλλον τινὰ φησι* (Alcinous) *τῶν παρ' αὐτὸν ἡκόντων ξένων πολὺν ἀναμεῖναι χρόνον, λυπούμενον [ἐν] τῇ μελλήσει καὶ βραδυτῆτι τῶν πεμπόντων, ὥστε τὸ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔθος εὔλογον εἶναι βεβαιοῦν νῦν καὶ φυλάξαι.* Quoniam dicitur *λυπεῖσθαι τῇ μελλήσει*, et quoniam quid *ἐν τῇ μελλήσει λυπεῖσθαι* sit, ne cogitari quidem potest, resecandum est obnoxium *ἐν*, sine dubio repetitum, ut iam saepe factum animadvertimus, ex ultima syllaba praecedentis *λυπούμενον*.

Ad *θ*. 583. *μεθ' αἷμά τε καὶ γένος αὐτῶν* observatur in Q. *αἷμα μὲν λέγειν ἀκουστέον τὰ τέκνα.* —— *τὸ δὲ „κατὰ* (ex Homeri versu rescribendum *καί*, quae perpetua confusio est.) *γένος αὐτῶν,“ ἤτοι τῶν τέκνων, λέγει, ἵν' ᾖ τὰ ἔκγονα, [ἵν' ᾖ τὸ αὐτοῦ γένος] ἵνα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν καὶ τοὺς ἐκ γενέσεως ὀνομάζῃ.* Certissime in his delendum quod uncinis inclusi; primum, quoniam inepte idem dicit ac praecedens *τὰ ἔκγονα;* deinde et quia non *ἵν' ᾖ τὸ αὐτοῦ γένος* sed *τὸ αὐτῶν* dicendum erat, nempe *τῶν τέκνων*, ut loci contextus docet. Hanc ob causam dubius haereo, utrum glossa sit ad *ἔκγονα* an dittographia; delendum vero esse, nemo dubitabit, ut spero.

Narrat Ulysses Phaeacibus (*ι*, 195 seqq.) quomodo cum duodecim fidissimis ex comitum numero et cum vini sacco pervenerit ad Polyphemi antrum. Ad haec hoc scholion est in T, qui, quod in transcursu moneo, in libris *θ*, *ι*, *κ* caeteris longe uberior est: *διὰ τί δώδεκα; καὶ γὰρ ὀλίγοι, ἵνα μὴ δοκῇ ὡς ἐπὶ λῃστείαν ἥκειν· ἐλάττους δὲ πάλιν οὐκ ἦγεν, ἵνα μὴ εὐκαταφρόνητος εἶναι δόξῃ· ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐπιφέρεται, ἵνα μὴ ὡς πολέμιος εἶναι δοκῇ. αὐτὸς δὲ παρέστη καὶ οὐ προπέμπει, ἵνα μὴ φαίνηται δειλὸς τοῖς Φαίαξι. τὸν δὲ ἀσκὸν οἰκεῖον ἐφόδιον λαμβάνει, [τὸν οἶνον,] πρὸς ποιμενικοὺς καὶ ἀγρίους ἄνδρας. [διὰ] τί οὖν κινεῖ τὸν Ὀδυσσέα πρὸς τὸ μὴ πεισθῆναι τοῖς ἑταίροις συμβουλεύουσι φυγεῖν; ὅτι γενόμενος ἐν τῷ σπηλαίῳ οὐδεμίαν βίου θηριώδους ὑπόνοιαν ἔλαβε.* Exscripsi totum locum, quoniam a quadruplici mendo liberandus est. Primo enim, quid tandem significat: Ulysses secum arma non fert, *ἵνα μὴ ὡς πολέμιος εἶναι δοκῇ*? Si in his *εἶναι* recte habet, *ὡς* sententiam pessumdat. Nam locus tunc ita vertendus est: „ne videretur esse, qualis hostis esse solet,“ non, „ne hostis esse videretur,“ quod sententiae nexus unice flagitat. Facillimum videtur, voculam *ὡς*, quum saepe male adsit, eiicere, quemadmodum iam in praecedentibus eandem eieci. Sed illic palaeographica ratio erat,

cur abundaret, hic non est. Igitur hoc nostro loco *ὡς* sanissimum iudico, vitiumque mihi in *εἶναι* latere videtur. Quod si corrigitur tollitur simul non admodum grata et valde ieiuna eiusdem verbi iteratio in his: *ἵνα μὴ εὐκαταφρόνητος εἶναι δόξῃ,* post quae statim sequi: *ἵνα μὴ ὡς πολέμιος εἶναι δοκῇ,* probabile non est in auctore, satis Graece scribendi perito, qualis noster scholiasta sine dubio est, qui contra dedita opera varietatem quaesiisse videtur. Itaque pro *εἶναι* lego *ἰέναι,* ita: *ἵνα μὴ ὡς πολέμιος ἰέναι δοκῇ,* quo facto tollitur repetitionis crimen, scribitur verbum rei naturae multo aptius et significantius, tandem illud *ὡς* non amplius moleste abundat, sed habet quo recte referatur. Haec si probabiliter disputavi, unum sustuli vitium, sed restant duo alia vulnera, quae videbo an secando sanare possim. Nempe in his: *τὸν δὲ ἀσκὸν οἰκεῖον ἐφόδιον λαμβάνει, τὸν οἶνον, πρὸς ποιμενικοὺς καὶ ἀγρίους ἄνδρας,* ut iam significavi supra, verba *τὸν οἶνον* stare non possunt, non solum, quia nemo ad *τὸν ἀσκὸν* explicationem quaerit, sed quia separant ea, quae separari nullo modo possunt, nisi quis neget, *τὸν ἀσκὸν οἰκεῖον ἐφόδιον λαμβάνει πρὸς ποιμενικοὺς ἄνδρας,* — in quibus *πρὸς* necessario pendet ab adiectivo *οἰκεῖον,* ut statim post ex HQ. *εἰκότως καὶ* (leg. *ὡς*) *πρὸς ποιμένας ἀπιὼν ἄλφιτα καὶ οἶνον βαστάζει. εἶχε δὲ καὶ τὸν οἰκεῖον λόγον πρὸς πειθώ* etc., et *οἰκεῖον ἐφόδιον,* ut in omnibus verbis, quae duplicem accusativum adsciscunt, in grammatica constructione post *λαμβάνει* collocandum est, — nisi, inquam, quis neget, haec ita cohaerere, ut nullum vocabulum interpositum patiantur. Deinde multos esse suspicor, qui mecum non intelligant, quid sit *διὰ τί οὖν κινεῖ τὸν Ὀδυσσέα πρὸς τὸ μὴ πεισθῆναι τοῖς ἑταίροις;* etc., quid sit *τί οὖν κινεῖ κτέ.,* nemini non est apertum et perspicuum. Restat quartum vitium: *αὐτὸς δὲ παρέστη καὶ οὐ προπέμπει,* quae significare debent, „ipse adest nec alios praemittit, ne Phaeacibus formidolosus videatur," non id significant autem, quia *παραστῆναι* est „adstare alc., adiuvare," non „adesse."

Legendum, leni vel potius nulla mutatione: *πάρεστι*, et sic tandem locus non longissimus, sed molestus admodum, commode, ut spero legi et intellegi poterit.

μ. 175 ad vs. *αἶψα δ' ἰαίνετο κηρὸς, ἐπεὶ κέλετο μεγάλη ἲς || Ἠελίου τ' αὐγή* etc. editur scholion ex H ita: *ἰαίνετο] ἁπαλὸς ἐγένετο, διεχέετο. μεγάλη ἡ ἴς, ἡ θερμὴ δύναμις τοῦ πυρός.* Luce clarius est, duo scholia in unum coaluisse, et haec sic esse disponenda: *ἰαίνετο] ἁπαλὸς ἐγένετο, διεχέετο. μεγάλη [ἡ] ἴς] ἡ θερμὴ δύναμις τοῦ πυρὸς,* nam apertum est, verba *μεγάλη ἴς,* — delendum est *ἡ* ante *ἴς,* quod unde venerit, unusquisque videt, — lemma esse posterioris scholii.

Ad *ξ,* 496 iterum ex solo H editum est: *τινές φασιν, ἐνίους ἠγνοηκότας τὸ [ἔθος] τοῦ ποιητοῦ, ὅτι ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ἀπὸ τοῦ γὰρ ἄρχεσθαι, διὰ τοῦτο πεπλακέναι τὸν στίχον.* In his recte Dindorfius, — ut monuit in App. p. 791 ad p. 599 l. 28, — *τὸ* et *τοῦ* addidit, omisit expungere prius *ἔθος,* quod sine dubio dittographia est, atque non nisi eo remoto intelligi potest, cur *τὸ* exciderit. Nempe in *τὸ τοῦ* quum eadem syllaba (*το*) bis scribenda esset, semel scripta est, deinde aliquis in his, *ἠγνοηκότας τοῦ ποιητοῦ,* vocabulum deesse ratus unde genitivus penderet, ex sequentibus infersit *ἔθος,* quod quae emendandi peritia Graecis correctoribus fuerit, abunde declarat.

Tandem ex T, ad *ι.* 35 expungenda est parva dittographia: *οὐκ ἂν ἑλοίμην πᾶσαν εὐδαιμονίαν [ἂν]ἔχειν ἐνθάδε κατὰ στέρησιν τῆς πατρίδος·* dicitur enim: *εὐδαιμονίαν ἔχειν.* et ex H ad *ψ.* 28. *μετὰ [τοῦ] ἤθους ὁ λόγος.* Solenne est scholiastis dicere *μετὰ ἤθους,* quod quavis pagina occurit, et in his duobus locis causa erroris in promptu est.

Unum nunc indicabo locum, ubi *ἡ παρήχησις* librarium fefellit ita, ut quod semel scribendum erat, bis poneret, et sic extruderet aliud necessarium vocabulum, quod tamen certa coniectura revocari potest. Menelaus Ulyssis memoriam iniicit, eumque iam dudum mortuum esse suspicatur:

οὐδέ τι ἴδμεν,
ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκεν. ὀδύρονταί νύ που αὐτὸν
Λαέρτης θ' ὁ γέρων καὶ ἐχέφρων Πηνελόπεια, etc. (δ. 109 seqq.)

Ad haec scholiasta in Q. *ἐπὶ τὸ οἰκτρότατον προήγαγε τὸν οἶκτον.* Scribendum esse *ἐπὶ τὸ οἰκτρότατον προήγαγε τὸν λόγον,* hi demonstrabunt loci: ad *ε,* 410 ex P: *αὐτός ἐστιν ἑαυτῷ συναισθόμενος Ὅμηρος εἰς ὅσον ἀγωνίας προήγαγε τὸν λόγον,* et magis etiam ad *β.* 81 ex MQR. *δαιμονίως ἑαυτῷ ἐπιμαρτυρεῖ ὁ ποιητὴς ὅτι πρὸς τὸ οἰκτρότατον προῆκε τὸν λόγον.*

Et sic huic emendandi modo, qui urendo et secando fit, finem impono, ad aliud argumentum transiturus. Medici enim, ut personati Homeri verbis utar, utrumque est: (*Λ,* 515.)

ἰοὺς τ' ἐκτάμνειν, ἐπὶ τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.

§ 51 Transeo nunc ad prorsus contrarium vitiorum genus, nempe ad hos locos, ubi aut in nostris codd. aut iam in eorum archetypis, sive scribarum errore, sive quod situ et madore nonnulla dignosci non potuerunt, singulae syllabae, vel etiam tota vocabula et versus etiam nonnulli exciderunt. Nonnunquam haec ex aliis codd. possunt restitui, nonnumquam ex ingenio, est etiam, ubi omnis supplendi spes irrita habenda est. Dabo primum ex ingenti multitudine paucos locos, ubi vera lectio iam restituta est. Sic ad *ζ.* 44 pro: *ὡς ὅταν τὸ δόρυ* etc. in T. est: „*ρυ* (sic, omissis literis *τὸ* et *δο*)." Dind. App. p. 767. Correctum est ex BHPQ. Ad *η.* 64, pro: *τὸ γὰρ ἄκουρον οὐκ ἐκδεκτέον ἄπαιδα, ἀλλὰ οὐκ ἔχοντα κοῦρον, ὃ ἐστιν ἄρρενα παῖδα,* in T, quod vix credibile, legitur *ἄπαιδα.* (App. p. 770.) Et illic ex aliis codd. vera lectio reposita est. Ad *ι.* 335 editum est a Porsono et Buttmanno scholion hoc ex H: *ὅρα ὅτι αὐτομάτως* (-*τος*?) *καὶ δίχα λαγμοῦ ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι πρὸς τοὺς κινδύνους.* Absurdum est *δίχα λαγμοῦ.* Porsonus nihil addidit; Buttmannus monuit, Schaeferum praeferre *λαχμοῦ.* Verum est, quod repperit Struvius, cuius

permultae sunt ingeniosae ad nostra Scholia emendationes, *δίχα διϊσταγμοῦ,* quod merito recepit Dindorfius. Sic ad *μ.* 84. de Scylla et Charybdi pro: *ἡ δὲ μέση δεδυκυῖα τοῦ σπηλαίου* etc. ex H „editur apud Cramerum *λαίου,*" quod quid sit, nesciunt omnes.

Poteram haec exempla permultis aliis augere, sed satis ostendunt quale sit, quod in his agendum superest, nam multum abest, ut omnia huiuscemodi iam praerepta sint. Id tantum monendum habeo, ubi toti versus erant inserendi, me, ut ex rei natura sequitur, verba ipsa semper praestare non posse, ac satis habere si sensum sententiarumque nexum, qui saepe miserum in modum his lacunis perturbatus est, probabili modo restituero.

Lacunam deprehendere mihi videor in longo et impedito scholio ad *α.* 215, sed eam lacunam, quae facile expleri potest. Observat Athena, Telemachum sine dubio ipsius Ulyssis esse filium, cui omnia similis est:

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον
εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος παῖς εἶς 'Οδυσῆος.

Respondet Telemachus:

μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'. οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

Dedit hoc insolitum Telemachi responsum uberrimam dubitandi dubitationesque solvendi *τοῖς λυτικοῖς* materiam. *εἰ μηδείς,* inquiunt, *τῶν γεννωμένων* (mel. *τῶν γενομένων,* nam participio praeterito opus est.) *δύναται γνῶναι τὸν πατέρα, πόθεν ἡ γνῶσις τοῖς παισὶ τοῦ πατρός; τὸ γὰρ „μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτάρ ἔγωγε οὐκ οἶδα ὅπως μὲν ἔχῃ,*" *ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου· ὅτε γὰρ ἀπεδήμησε παῖς ἦν μαζῷ, διὸ μόνου τοῦ ὀνόματος παρὰ τῆς μητρὸς γίνεται ἀκροατής, ἀκούων ὅτι τοῦ 'Οδυσσέως ἐστὶ παῖς· εἰ δὲ καθόλου „οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον ἀνέγνω,*" *πόθεν ἡ γνῶσις; ἔδει γὰρ φάναι, ἐγὼ γὰρ οὐκ εἶδον τὸν γεγεννηκότα, ἀλλὰ μὴ καθόλου ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν, ὡς μηδενὸς εἰδότος τὸν αὐτοῦ πατέρα.* Haec est *ἀπορία,* quam totam adscripsi, ut ex

ratiocinandi ordine verborum vitium magis pateret. Nempe ὁ λυτικός hoc dicit: Si nemo scire potest, quis sibi pater fuerit, id est, ut nos dicere solemus, si Telemachi dictum in omnes valet, unde tandem liberi patrem agnoscere possent? Nam illa: μήτηρ μέν etc. de Telemacho valere possunt, quippe qui patrem, iam tum quum ipse infans erat peregre degentem, nunquam viderit, de omnibus valere non possunt. Itaque Telemachum, quae dixerat, ad se ipsum restringere, non ad omnes extendere oportuit. Hanc sententiam elicere quidem ex verbis Graecis possumus, sed obscure tantum et divinando supplendoque quaedam. Primum verba ὅπως μέν ἔχῃ suspecta mihi sunt; quae uno tenore cum Homeri versu μήτηρ μέν etc. coniunguntur. At non solent scholiastae, quantum observare potui, sua verba mediis Homeri versibus interponere. In citando omittunt nonnunquam quaedam, paraphrasi quoque aliquoties utuntur, sed nunquam versui Homerico ita addunt sua, ut in unam sententiam coalescant. Et quam parum necessaria additio! „Mater quidem dicit, me eius (Ulyssis) filium esse, equidem autem nescio ὅπως μέν ἔχῃ!" In his igitur nimium est, in iis, quae statim sequuntur, parum. Nam, unde tandem in his: ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου, pendet ἐπί? Itaque equidem suspicor verba illa ὅπως μέν ἔχῃ Homero esse adimenda et coniungenda cum seqq. ita: τὸ γὰρ „μήτηρ μέν — οὐκ οἶδα," ὀρθῶς μέν ἔχει ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου, quae nunc perspicue significant, „recte quidem habent de Telemacho." Nam, pergit: ὅτε γὰρ ἀπεδήμησε παῖς ἦν μαζῷ. Quis? Sensus requirit, haec de patre dici. Sed proximum subiectum fuerat Telemachus. Grammatica igitur ratio postulat, ut, nisi addatur aliud subiectum, haec duo, ὅτε ἀπεδήμησε et παῖς ἦν μαζῷ de eodem intelligantur, quod absurdissimum foret. Supplendum igitur existimo: ὅτε γὰρ ἀπεδήμησε ὁ πατήρ, παῖς ἦν μαζῷ. Notum est, quam saepe πατήρ, πρ plerumque scriptum, ante παῖς exciderit. Totus itaque locus sic scribendus est: τὸ γὰρ „μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε || οὐκ οἶδα,"

ὀ ρ θ ῶ ς μ ὲ ν ἔ χ ε ι ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου· ὅτε γὰρ ἀπεδήμησε (ὁ π α τ ὴ ρ) παῖς ἦν μαζῷ, et sic τῇ ἀπορίᾳ suus constat sensus. Solvit difficultatem Seleucus ὁ λυτικός, argute ut illi solent, quam tamen solutionem in praesentia, ut Graeci dicere solent, μακρὰ χαίρειν ἐάσομεν.

Ad α. 263. θεοὺς αἰὲν ἐόντας scholion est huiusmodi: δ ό ξ α ι φέρονται περὶ τοῦ κόσμου, ὧ ν ἡ μὲν γενητὸν καὶ φθαρτὸν τοῦτον ὑποτίθεται, ἡ δὲ γενητὸν μέν, ἄφθαρτον δέ· ἡ δὲ ἀγένητον μέν, φθαρτὸν δέ· ἡ δὲ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον, ἧς δόξης φαίνεται εἶναι καὶ Ὅμηρος· διὸ καὶ τοὺς θεούς, ἤτοι τὰ στοιχεῖα, αἰὲν ἐόντας λέγει. Non est Graecum: δόξαι φέρονται — — ὧν ἡ μὲν etc. nam aut si numerus non additur δ ό ξ α ι τ ι ν ὲ ς dicendum erat, aut numerus est addendus, quod fere postulat sequens ὧ ν ἡ μὲν etc. c e r t u m opinionum numerum respiciens. Quid multa? Legendum est, iterata prima litera: δ′ (τ έ σ σ α ρ ε ς) δ ό ξ α ι φέρονται περὶ τοῦ κόσμου, ὧ ν ἡ μὲν γενητὸν καὶ φθαρτὸν τοῦτον ὑποτίθεται, ἡ δὲ κτέ. Quatuor enim enumerantur de mundi natura opiniones.

Infelix illa Telemachi cum procis altercatio inprimis mendorum ferax est. Unum iam supra attuli ex codd. feliciter sanatum, aliud nunc afferam, cui videbo an salutem ferre possim. Postquam coram toto Ithacensium populo Telemachus procos gravissime insectatus est, omnes, ait poëta, conticuerunt, nec quisquam ausus est conviciis ei respondere, praeter unum Antinoum, qui et alia quaedam et hoc dicit:

σοὶ δ' οὔτι μνηστῆρες Ἀχαιῶν αἴτιοί εἰσιν
ἀλλὰ φίλη μήτηρ, ἥτοι πέρι κέρδεα οἶδεν. (β. 87 seqq.)

Ad haec scholiasta, — ut sunt multae eorum observationes procorum insolentiam exponentes, — ὑπὲρ τοῦ διαφυγεῖν τὸν παρόντα ἔλεγχον τ ῆ ς μ η τ ρ ὸ ς κατηγορεῖ. In his τῆς μητρὸς Dindorfio debetur, sic in annotatione monenti: „μητρὸς correxi pro μ η ρ ο ύ σ η ς quod est in M. Nam in S verba τῆς μ. κ. desunt." Verum, quod pace viri doctissimi dictum sit, τῆς μητρὸς aut grammaticae legibus vim infert, aut sententiae. Nam

quum dico, v. c. ὁρῶ τὸν πατέρα, meum ipsius patrem video. Igitur si dicitur: τῆς μητρὸς κατηγορεῖ, Antinous suam matrem criminari intelligendus est, quod contra mentem Scholiastae est. Contra si de Penelope accipitur, obtruditur Scholiastae peccatum, quod nemo Graecus unquam commisisset. Id quod optimus codex M praebet, τῆς μηρούσης, monstrum quidem est lectionis, et quantum memini, ne Graecum quidem vocabulum, sed inest in eo antiquissimo mendo certum, ni fallor, verae lectionis vestigium. Antiquissimum autem esse mendum vel ex eo patet, quod verba corrupta omittuntur in S, cuius scriba, quae non intelligebat, omittere maluisse videtur, qua re stabilitur id quod iam in praecedentibus observavi, codicem S eundem habere vel prorsus similem cum nostris optimis codd. archetypum, in quo leviora quaedam vitia correcta essent, graviora omnia legerentur. Sic et in nostro loco illa: τῆς μηρούσης in codicis S archetypo lecta fuisse videntur, quibus emendandis quum scriba impar esset, maluit ea non ponere, quamquam sententia imperfecta. Sed addantur duae literulae et omnia erunt sanissima. Etenim Antinous ὑπὲρ τοῦ διαφυγεῖν τὸν παρόντα ἔλεγχον τῆς μὴ (πα)ρούσης κατηγορεῖ. Ut praesentem criminationem effugiat, culpam confert in absentem Penelopen.

γ. 20. Athena Telemacho haec de Nestore dicit: ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστίν. Rogatur ad haec: καὶ πῶς Ὀδυσσεὺς ὁ πεπνυμένος „ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων;" (τ. 203. textt. nunc: λέγειν). ἀλλὰ πρὸς τὸ μηδὲν κατεπεῖγον ψεύδεσθαι, τοῦτο κομιδῇ νηπίου ἀνδρός. In his verbis, ut Buttmanno videbatur, „desunt ante vocem ἀλλά verba quaedam docentia, urgente necessitate decere ψεύδεα λέγειν." Dindorfius contra: „nihil deesse videtur." Consideranti mihi haec loca: p. 350 l. 4 (ad η. 303): παραδεκτέον ψεῦδος ὅτε ἑαυτόν τις σώζει μὴ βλάπτων τὸν φίλον, sed maxime p. 152. l. 8 (ad γ. 328) ἐναντίον ἐστὶ τοῦτο τῷ „ἴσκε ψεύδεα κτέ." καὶ γὰρ πεπνυμένος ὑπόκειται· ἡ δὲ λύσις ἐκ τοῦ καιροῦ. τὸ γὰρ κατὰ καιρὸν κατεπείγοντα ψεύδεσθαι,

τοῦτο φρόνησιν εἶναι φασίν, (H) cuius cum nostris (ex EM) similitudo ita me advertit, ut ambo unum idemque scholion habeam; — haec igitur loca consideranti mihi Buttmanni sententia potior videtur. Quamobrem suspicor locum ita esse scribendum: *καὶ πῶς Ὀδυσσεὺς ὁ πεπνυμένος „ἴσκε ψεύδεα πολλὰ κτέ;" ἀλλὰ (τὸ κατὰ καιρὸν κατεπείγοντα ψεύδεσθαι, τοῦτο φρόνησιν εἶναι φασίν,) ἀλλὰ πρὸς τὸ μηδὲν κατεπεῖγον ψεύδεσθαι, τοῦτο κομιδῇ νηπίου ἀνδρός.* Causa erroris fuit, quod librarius a primo *ἀλλὰ* ad posterius aberraret, quae errorum causa frequentissima est. Post quaestionem per *καὶ πῶς* inductam, solenne est responsum verbo *ἀλλὰ* incipere, quemadmodum statim post ad vs. 23. *καὶ πῶς ἐν τοῖς Ἰθακησίοις οὕτως ἐπαρρησιάσατο;* (Telemachus): *ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀναστραφεὶς* (sunt haec sensu cassa. Legendum est: *ἐκείνοις μὲν συναναστραφείς,* i. e. cum iis quotidianam consuetudinem habens.) *ἔτι δὲ καὶ πρὸς ὀργὴν ἱκανῶς κινηθεὶς παρρησιάζεται, Νέστορα δὲ συνέσει πανταχοῦ κηρυσσόμενον ἀκούων εἰκότως αὐτὸν εὐλαβεῖται.* Si qui sunt, quos in nostro loco offendat *ἀλλὰ* bis post breve spatium repetitum, conferant p, 219 l. 23 (ad *δ.* 635): *εἰ δὲ καὶ βοῦν εἶπεν, ἀλλ' οὐ πρὸς ὕβριν αὐτοῦ εἶπεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ ἐδήλωσε.*

In libro tertio Nestor multus est in narrandis iis quae sibi et sociis post Troiam eversam acciderunt, quod idem et postea facit Menelaus. Pluribus locis observant scholiastae, quam scite poëta ea, quae in Iliadis argumento locum idoneum habere non poterant, hic narrationi inseruerit. Tale quid legitur, vel potius legendum est, in scholio ad *γ.* 128 in MH *ὅρα δὲ πάλιν ἐπικαίρως τὰ λείποντα τῇ ὑποθέσει.* Apertum est, quamquam mirum, in utroque optimo codice deesse, unde *τὰ λείποντα* pendeat, nam id non ab imperativo *ὅρα* pendere, patet. Quid sit inserendum hi loci demonstrabunt: p. 128. l. 20. (ad *γ.* 103.) *γεροντικῶς ὁ Νέστωρ μακροτέραν ποιεῖται τὴν ἀπόκρισιν· ἄλλως τε* (atque insuper) *ὁ ποιητὴς εὐκαίρως*

προσαναπληροῖ τὰ λελειμμένα τῇ Ἰλιακῇ ὑποθέσει, et p. 141. l. 29 (ad γ. 248) *καλῶς ἀναπλήρωσις τῆς Ἰλιάδος ἡ Ὀδύσσεια λέγεται. ἃ γὰρ κατέλειψεν ἐκεῖ, ἐνταῦθα λέγει.* Ex his locis, maxime ex primo, qui itidem est in HM, noster locus ita supplendus videtur: *ὅρα δὲ πάλιν ἐπικαίρως (ἀναπεπληρωμένα) τὰ λείποντα τῇ ὑποθέσει.*

δ. 363 seqq. narrat Menelaus, quomodo, quum in Pharo insula adversis ventis retentus esset, Idothea sibi salutem attulerit:

καί νύ κεν (inquit) *ἤϊα πάντα κατέφθιτο καὶ μένε' ἀνδρῶν,*
εἰ μήτις με θεῶν ὀλοφύρατο καί μ' ἐσάωσεν,
Πρωτέος ἰφθίμου θυγάτηρ, ἁλίοιο γέροντος, || *Εἰδοθέη* etc.

Observatur ad *ἰφθίμου: ἡδέως τῷ ἐπιθέτῳ· ὡς γὰρ εὐεργέτην ἐγκωμιάζει.* Addebat in his Buttmannus *χρῆται*, „frustra." iudice Dindorfio, qui conferre iubet quae annotavit ad δ. 730: (pag. 232, nota ad l. 6.) „*ἄκρως τῇ διαθέσει.* Sic schol. ε. 489. *ἄκρως τῇ ἐπεξεργασίᾳ.* et similiter *δαιμονίως τῷ ἐπεισοδίῳ* ad ε. 336. *καλῶς τῇ τάξει* ad ζ. 149. *τῇ ὑπερβολῇ δαιμονίως* θ. 173. Plene ad θ. 485. *δαιμονίως τῇ τάξει ἐχρήσατο.*" Verissima sunt haec. Attamen leve est inter hos locos et nostrum discrimen, non tamen negligendum. Nempe in omnibus, quos citat Dindorfius, de Homeri ipsius usu apud Scholiastas sermo est, hic de Menelao, neque est admirationis exclamatio, ut in his: *ἀκρῶς* vel *δαιμονίως τῇ διαθέσει* (nempe *χρῆται ὁ ποιητής*), sed explicatio cur Menelaus non sine iusta causa honorificum epitheton addat Protei nomini, nempe cuius filiae ope ipse servatus sit. Hoc nostro igitur loco *χρῆται* mihi quidem videtur addendum, et adduxi causas cur Dindorfii rationibus accedere non potuerim. Sed dubitanter tantum id propono; facile enim fieri potest, ut me opinio fefellerit, contra haec, in quae Dindorfius dedita opera inquisivit, disputantem.

Locus iste, de quo modo disputavi, non est unicus, ubi observatur, epitheta non, ut saepissime, mera ornantia esse, sed vim suam servare et consulto esse addita. Idem fit ad δ. 718.

Audiverat Penelope filium suum abiisse, cuius rei adhuc nescia fuerat, audiverat simul, procos cepisse consilium, ei, simulatque rediisset, insidias struendi. His tantis calamitatibus auditis, plane obstupefacta est:

τὴν δ' ἄχος ἀμφεχύθη θυμοφθόρον, οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη
δίφρῳ ἐφέζεσθαι, πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων·
ἀλλ' ἄρ' ἐπ' οὐδοῦ ἷζε πολυκμήτου θαλάμοιο. etc.

Ad ultima verba hoc scholion est: *οὐ κατὰ τὸ ἐπίθετον, ἀλλ' ἔχει τὴν ἀναφορὰν πρὸς τὰ ἔργα τοῦ κατασκευάσαντος αὐτὸν Ὀδυσσέως.* Sensus etiam ex verbis corruptis facile apparet, et similia fere dicuntur etiam e. g. p. 141. l. 31. (*γ*. 250,) ad Homeri verba: *Αἴγισθος δολόμητις: κυρίως ἐνθάδε τέτακται τὸ ἐπίθετον,* et p. 176. l. 26. (*δ*. 44) ad: *διοτρεφέος βασιλῆος: οὐ παρέλκει τὸ ἐπίθετον.* Sed quid est: *οὐ κατὰ τὸ ἐπίθετον*? Non sane id, quod sententia postulat, *κυρίως τέτακται, οὐ παρέλκει,* epitheton hic vim suam exercet. Legendum coniicio: *οὐκ ἀργὸν τὸ ἐπίθετον,* quemadmodum p. 342. l. 30. (*η*. 208) dicitur: *οὐκ ἀργῶς ἡ προανάκρουσις.* Causa corruptelae haec fuisse videtur, quod, quum *ον* in *α* abiisset, ut saepissime factum est in nostris scholiis, et *κ* ad sequens vocabulum esset tractum, pro *οὐ καργα*, vocabulo nihili, *οὐ κατά* repositum est, verbum bene Graecum. Ita in loco difficillimo, *β*. 251, ad verba: *εἰ πλέονές οἱ ἕποιντο,* sic editur scholion criticum ex T.: *εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο. εἰ πλεόνεσσι ἕποιτο. εἰ πολλοὶ αὐτῷ ἕποιντο, εἰ πολλοὺς ὀπαδοὺς ἔχει. τινὲς δὲ λέγοιτο* (sic) *μάχοιτο γράφεται* (sic). App. p. 741. Cum his miserrime corruptis conferantur quae ex HMQ ad eundem locum enotata sunt p. 103. l. 8. *εἰ πλέονές οἱ ἕποιντο: εἰ πολλοὶ αὐτῷ ἕποιντο, ἢ εἰ πολλοὺς ὀπαδοὺς ἔχοι. τινὲς δὲ γελοίως γράφουσι „εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο."* Est prorsus idem scholion, et sic monstra et portenta lectionum ex cod. T facile procurantur. Ac ceterorum quidem mendorum facilis causa est. Verum undenam pro: *τινὲς δὲ γελοίως γράφουσι* natum est: *τινὲς δὲ λέγοιτο — γρά-*

φεται? Nempe γράφουσι quum solito compendio γρ. scriptum esset, scriba inde fecit γράφεται, quod bellissime ad τινὲς respondet, deinde quum pro γελοι in voc. γελοίως oscitanter λεγοι esset positum, effinxit inde λέγοιτο, verbum itidem bene Graecum. Sic menda nascuntur, et, ut apud Vergilium est, crescunt eundo. Et bonum factum, quod in ceteris codd. proba lectio superest, quae nisi adesset, si quis ratione tantum ductus λέγοιτο in γελοίως mutare ausus esset, qui tumultus facti essent, quae querelae de spreta codicum auctoritate, de audacia criticorum, quidvis pro quovis ex arbitrio reponentium!

Leve est, quod animadvertendum ad ε. 445. εὔχεται (Odysseus) τῷ ποταμῷ ὡς ἂν ἑκάστου ἔχοντος δαίμονα. ὁ δὲ (ποιητὴς inserendum) καὶ ἐν ταῖς κρήναις οἶδεν θεάς, ἃς Νύμφας καλεῖ. —— οὕτω πεπληρῶσθαι θείων δυνάμεων Ὅμηρος ἡγεῖται πάντα. Inserendum, ut iam significavi, ὁ δὲ ποιητής. Dicitur quidem saepissime οἶδε, λέγει etc. omisso Ὅμηρος, vel ὁ ποιητής, sed tum numquam additur ὁ. Vocabulum ποιητὴς excidisse facillimum est, praesertim in T, unde hoc scholion editum est, quum et alibi ποιητὴς „sola litera π cum semicirculo (π') sit scriptum in T." (Dindorf. App. p. 775.)

In notissima Odysseae parte, eam dico ubi Demodocus canit de adulterio Veneris cum Marte,

> ut venere torum coniunx et adulter in unum,
> arte viri vinclisque, nova ratione paratis,
> in mediis ambo deprensi amplexibus haerent,
>
> (Ovid. Met. IV. 182 seqq.)

Poseidon haec dicit ad iratum maritum:

λῦσον· ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπίσχομαι, ὡς σὺ κελεύεις
τίσειν αἴσιμα πάντα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, (θ. 347 seqq.)

ad quae Hephaestus:

μή με, Ποσείδαον γαιήοχε, ταῦτα κέλευε. — —
πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας; (θ. 350 seqq.)

Haec ultima ita paraphrasi exprimuntur in BH. ἀντὶ τοῦ,

μείζων εἶ, ὦ Πόσειδον, ἢ κατὰ τὸ ἀπαιτεῖσθαι παρ' ἐμοῦ. ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἑξῆς, πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι καὶ καταλάβοιμι; Additur in nota: „post καταλάβοιμι addit H. ἕως γὰρ Διὸς τὸ Ποσειδῶν. οἵ ποι .... Cramer. Non intelligo." (p. 388.) Dindorfius, postea ipso codice inspecto, monet in Praef. p. LV. haec: „literis οἵ ποι in annotatione memoratis finitur pagina in H. (fol. 48[a]) scriba reliqua omittente." Igitur desunt quaedam, quae ego, sententia duce ita expleverim: ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἑξῆς· πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι καὶ καταλάβοιμι; ἑνὸς (pro ἕως) γὰρ Διὸς τό(ν) Ποσειδῶν(α) οἵ ποι(ηται δεύτερον ὑποτίθενται.) Fieri non potest, inquit Hephaestus, ut te sponsorem pro Marte accipiam. Etenim si ille debitum non solvit, quomodo ego te vincirem? Nam, explicat scholiasta, poëtae uno Iove minorem fingunt Neptunum.

Ulyssem beatum et florentem conspicata Nausicaa iocose ita alloquitur:

> χαῖρε, ξεῖν' ἵνα καὶ ποτ' ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ
> μνήσῃ ἐμεῦ, ὅτι μοι πρώτῃ ζωάγρι' ὀφέλλεις.

Ad explicationem vocabuli ζωάγρια est in T: τὰ ὑπὸ τῆς..... ἀγρεύματα. Si cum his conferuntur Hesychius in voce ζωάγρια τίνειν· τὰ ὑπὲρ ζωῆς παρεχόμενα δῶρα παρέχειν, (ed. Alberti I. p. 1590) et Apollonius Sophista: ζωάγρια· τὰ τῆς ζωῆς ἀγρεύματα. (ed. Villoison, I. p. 382), apertum erit, nostro loco scribendum esse: τὰ ὑπὲρ τῆς ζωῆς ἀγρεύματα. De confusis ὑπέρ et ὑπό sufficiat inspexisse Bastium, Comm. Palaeogr. p. 846.

Habito, inquit Ulysses in principio narrationis de suis erroribus ad Phaeaces, ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον (ι. vs. 21). Explicatur εὐδείελον in T. ἐπιφανῆ, πρὸς τὴν δείλην κειμένη. καὶ γὰρ ἐπιφέρει „πρὸς ζόφον" (vs. 26) εἰ δὲ σημαίνει τὴν εὔκρατον, δασύνεται. Quoniam idem vocabulum non potest simul significare: „clara, sive quae bene conspici potest," et „occidentem versus sita," manifesto scribendum est: ἐπιφανῆ, (ἢ) πρὸς τὴν δείλην κειμένην. Fidem faciat, quod statim ad idem

vocabulum sequitur ex BQ *εὐδείελον: εὐπεριόριστον. — — ἢ τὴν εὐάερον, εὖ τῆς ἕλης ἔχουσαν. ἔνιοι δέ φασιν, εὖ πρὸς τὴν δείλην κειμένην· δείλη γὰρ ἡ δύσις,* et iisdem fere verbis ex HPQS et Ms. Barnesii. ad *β*. 167. *εὐπεριόριστον ἢ εὔδηλον καὶ φανερὰν, καθὸ νῆσός ἐστιν. — — ἢ τὴν πρὸς δύσιν καὶ δείλην κειμένην* etc. Sequitur ad nostrum locum idem scholion etiam in MSto. Barnesiano: *ἤ τοι ἐπιφανῆ,* (*ἢ*) *πρὸς τὴν δείλην κειμένη(ν). εἰ δὲ σημαίνει τὴν εὔκρατον, δασύνεται ἀνάγκῃ.* (melius: *δασύνεσθαι ἀνάγκη.*) *ἕλη* (l. *εἵλη*) *γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή.* Et hic *ἢ* inserendum est et etiam magis necessarium, quoniam ex constanti, quantum observare potui, scholiastarum consuetudine *ἤ τοι* respondens sibi habet in secundo membro *ἤ*. Cur *ἢ* et in T et in MSto Barnesiano exciderit, ratio in promptu est. Nempe ultima litera praecedentis vocabuli (*ἐπιφανῆ*) id absorpsit.

Pergit narrare Ulysses, quomodo, expugnata Ciconum urbe, secundo vento in patriam reverti potuisset, nisi fluctuum vis eum a Cythera deiecisset:

καί νύ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
ἀλλά με κῦμα ῥόος τε περιγνάμπτοντα Μάλειαν
καὶ Βορέης ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων. (*ι*. 79).

Ad hos versus vera est et acuta scholiastae observatio, sed variis modis turbata. *τηρεῖ ὡς..... μικρὸν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ Ὀδυσσέως. καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἀπὸ Καλυψοῦς πλέοντι τῆς γῆς τὸ ναυάγιον ἐπιγίνεται, καὶ ἑξῆς ἤδη τὴν Ἰθάκην ὁρῶντι, ὅτε παρ' Αἰόλου πλεύσαντι ἐπέθεντο οἱ ἑταῖροι.* In primis: *τηρεῖ ὡς.... μικρὸν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ Ὀδυσσέως,* haec sententia inesse debet: observa, quam parum Ulysses semper a salute abfuerit. Sed quid addendum est, ut ex verbis laceris, quae apposui, haec sententia eluceat? Candide fateor, me hoc nescire. Discimus quidem ex App. p. 777. „literarum aliquot, quae in T inter *ὡς* et *μικρὸν* obliteratae sunt tres primae *διο* sunt. Tum sequitur *π*...," sed nullum mihi contigit inde verbum elicere, quod sententiae et literarum ductibus simul

congrueret. Hoc fortasse felicior hora me docebit, illud video, pro *τηρεῖ* esse scribendum *τήρει,* nam imperativum requiri certum est. Sequuntur argumenta, quibus observationem suam stabiliat scholiasta. *καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἀπὸ Καλυψοῦς πλέοντι τῆς γῆς τὸ ναυάγιον ἐπιγίνεται κτέ.* Haereo in verbis *τῆς γῆς.* Unde enim pendeant non liquet. Nam profecto nisi violata grammatica coniungi non possunt cum *ἀπὸ Καλυψοῦς,* ut sit: *πλέοντι ἀπὸ τῆς Καλυψοῦς γῆς.* Sed si vel maxime ea ita coniungi liceret, — quod nullo modo licet, ne in recentissimis quidem et pessimis scriptoribus, — quid inde ad sententiam lucramur? Esto, significent: „et iam antehac, quum a Calypsus terra navigaret, — fuit autem insula, — naufragium passus est." Num inde probatur, Ulyssem a salute semper proxime abfuisse, quod probandum erat? Quod si non potest, num coniungendum *τῆς γῆς* cum seqq. *τῆς γῆς τὸ ναυάγιον ἐπιγίνεται?* Equidem his intelligendis et vertendis impar sum. Quorsum autem haec? Nempe ut demonstrem post *πλέοντι* excidisse quaedam, a quibus *τῆς γῆς* regatur. Verba quae exciderunt, credo fuisse *πλησίον ὄντι,* quae ita scripta $\frac{\lambda}{\pi}$.˙ *ὄντι,* post *πλέοντι* omissa fuisse mirum non est. Et sic locus significat, quod significare debet. Observa, inquit scholiastes, quam parum Ulysses semper a salute abfuerit: *καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἀπὸ Καλυψοῦς πλέοντι, (π λ η σ ί ο ν ὄ ν τ ι) τῆς γῆς τὸ ναυάγιον ἐπιγίνεται, καὶ ἑξῆς ἤδη τὴν Ἰθάκην ὁρῶντι, ὅτε παρ' Αἴολον πλεύσαντι ἐπέθεντο οἱ ἑταῖροι.* Id est: iam antehac, quum Calypsum navigio reliquit, in conspectu terrae naufragium passus est, et mox iterum, quum Ithacam iam oculis videret, quum Aeolum relinquens socii ei insidiati sunt. His igitur probatur, quod probare voluerat scholiasta, Ulyssi frequenter accidisse, quod vetus oraculum cecinit:

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Paulo post, in eodem libro vs. 213, iterum legitur locus permultis lacunis deformatus ex cod. T, qui in his libris, ut iam observatum est, ceteris uberior quidem est, sed admodum

lacunosus et mendosissime scriptus. Narrat Ulysses, quamobrem ad Polyphemum perventurus, vinum victumque secum attulerit,

αὐτίκα γάρ μοι ὀΐσατο θυμὸς ἀγήνωρ
ἄνδρ᾽ ἐπελεύσεσθαι μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν,
ἄγριον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα οὔτε θέμιστας.

Ad haec prima verba: *αὐτίκα γάρ μοι ὀΐσατο* editur scholion ita scriptum: *εἰκάζει ἐκ τοῦ μεγέθους τοῦ σπηλαίου μέγαν τινὰ καὶ ἄγριον εἶναι ἐκ τοῦ ἐπ᾽ ἐσχατιὰν οἰκεῖν. διά τί οὖν οὐκ ἐπείθετο τοῖς ἑταίροις; ἄδικον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι μηδὲν ἀδικήσαντα. καὶ ἄλλως δέ, ὥς ἔφην, ἡμερώτερον ἔβλεπε....... πάνυ ἐφοβεῖτο. καὶ συνέσει.... καὶ εἰ ἄγριος ἦν, ἀλλ᾽ οὐκ ᾤετο ἀνθρωποφάγον εἶναι.* Sunt haec non sententia, sed miserae alicuius sententiae, quae fuit olim, laciniae. Vel sic tamen, si fragmenta illa attente leguntur, et cum aliis eiusdem sententiae scholiis comparantur, spes est fore, ut plurima nunc deficientia eruantur. In primis verbis duo tantum vocabula transponenda sunt ad connectenda ea, quae nunc cohaerere non videntur, nempe verbum *εἶναι* ante *καὶ ἄγριον* collocandum est. Dicit enim scholiasta, Ulyssem putavisse *ἄνδρ᾽ ἐπελεύσεσθαι*, et *μ. ἐπιειμένον ἀλκήν*, quod antrum erat insignis magnitudinis, et *ἄγριον*, quod Cyclops in ora maritima procul ab aliis habitabat. Prima igitur verba sic legenda sunt: *εἰκάζει ἐκ τοῦ μεγέθους τοῦ σπηλαίου μέγαν τινὰ εἶναι, καὶ ἄγριον ἐκ τοῦ ἐπ᾽ ἐσχατιὰν οἰκεῖν.* Sequenti *ἀπορίᾳ* persimilem, sed brevioribus verbis, iam attuli supra, ubi vitium sustuli, ad *ι.* 195 positam ex eodem codice T. Hanc emendatam nunc adscribam, ut nostro loco facem praeferat. *τί οὖν κινεῖ τὸν Ὀδυσσέα πρὸς τὸ μὴ πεισθῆναι τοῖς ἑταίροις συμβουλεύουσι φυγεῖν; ὅτι γενόμενος ἐν τῷ σπηλαίῳ οὐδεμίαν βίου θηριώδους ὑπόνοιαν ἔλαβε.* Igitur de sententia constat, quae fere haec esse debet: Cur itaque, rogat scholiasta, si Ulysses iam ab initio suspicatus erat, se ad virum magnum et ferocem esse venturum, cur non obsecutus est comitibus fugere hortantibus? Respondetur, fugere Ulyssem noluisse, quum nul-

lius mali sibi conscius esset, et praeterea ex antri adspectu conficere quidem potuisse, eum, qui ibi habitaret, magnum et ferum esse hominem, non autem, eum vesci humana carne. Videamus nunc, an hanc sententiam laceris nostris scholii verbis reddere possimus. Primum haereo in his: ἄδικον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι μηδὲν ἀδικήσαντα. Si εἶναι sanum est, de quo vehementer dubito, — est enim „prope obliteratum in T." (App. p. 777), — ἀδικήσαντα in ἀδικήσαντι mutandum est: ἄδικον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι μηδὲν ἀδικήσαντι, nempe τὸ φυγεῖν, quae sic probabilem saltem praebent sententiam. Scholiastae interdum utuntur vocabulo ἄδικον pro ἄλογον, ἄτοπον, quemadmodum ad μ. 163 legitur, ubi duo versus damnantur cum hoc scholio: καὶ ἐνταῦθα οἱ δύο ὀβελίζονται ὡς ἀδικώτατοι. De verbis lacunosissimis, quae sequuntur, haec discimus in App. p. 778: „post ἔβλεπε literae 15—20 obliteratae in T in fine p. 131. Tum p. 132 incipit οὐ (vel εἰ) πάνυ ἐφοβεῖτο καὶ συνέσει.... καὶ εἰ ἄγριος etc. T." Addere haec postea potuit Dindorfius, codice ipso inspecto. Quae quamvis parum aut nihil operae afferre videntur, revera loco salutem ferunt. Additur enim post lacunam vocula οὐ, — nam εἰ huc nihil facit, — in quo sunt omnia. Itaque nunc, sententia duce, quae desunt ita sarcio: καὶ ἄλλως δέ, ὡς ἔφην, (nempe in scholio modo allato ad vs. 195.) ἡμερώτερον ἔβλεπε (τὸ σπήλαιον, ὥστε) οὐ πάνυ ἐφοβεῖτο, quae ex se, ut opinor, perspicua sunt, et confirmantur insuper scholio ad vs. 195 iam citato, et hoc ex Q ad vs. 218. ἦν ἐκ τῆς εὐταξίας τῆς κατὰ τὸ ἄντρον καὶ τῆς τῶν σκευῶν διακοσμήσεως τὸ τοῦ δεσπότου ἦθος στοχάσασθαι, οὐδὲν τῆς ἀγριότητος ὑποφαῖνον. In ultimis si lacuna etiam in cod. est, eam explendam puto ita: καὶ συνέσει (ὁ δεσπότης) εἰ καὶ (pro: καὶ εἰ quae saepe transponuntur,) ἄγριος ἦν, ἀλλ' οὐκ ᾤετο ἀνθρωποφάγον εἶναι, quemadmodum supra ἡ εὐταξία τοῦ ἄντρου et τὸ τοῦ δεσπότου ἦθος sibi opponuntur. Συνέσει ἄγριος iterum legitur in cod. T ad ι. 282. στοχάζεται γὰρ τοῦ βουλήματος καὶ

τῆς συνέσεως τὸ ἄγριον. Adscribam nunc totum locum, quemadmodum eum explendum et corrigendum esse duxi, ut omnia magis sub uno adspectu ponam: εἰκάζει ἐκ τοῦ μεγέθους τοῦ σπηλαίου μέγαν τινὰ εἶναι καὶ ἄγριον ἐκ τοῦ ἐπ' ἐσχατιὰν οἰκεῖν. διὰ τί οὖν οὐκ ἐπείθετο τοῖς ἑταίροις; ἄδικον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι μηδὲν ἀδικήσαντι. καὶ ἄλλως δέ, ὡς ἔφην, ἡμερώτερον ἔβλεπε (τὸ σπήλαιον, ὥστε οὐ) πάνυ ἐφοβεῖτο. καὶ συνέσει (ὁ δεσπότης) εἰ καὶ ἄγριος ἦν, ἀλλ' οὐκ ᾤετο ἀνθρωποφάγον εἶναι, quae nunc intellectu facilia sunt et apte cohaerent.

Facilius idem remedium adhibebitur ad duo scholia, ι. 273, ex duobus codicibus, H et T, edita, quae ambo lacunosa sunt, sed ita, ut, quod in altero desit, ex altero possit restitui. Implorat Ulysses Polyphemi opem et insuper rogat hospitale donum, simul admonens, supplices hospitesque in Iovis esse fide, cui Cyclops:

νήπιός εἰς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας,
ὅς με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδίμεν ἢ ἀλέασθαι.

Ad ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας scholia sunt, in H: βαρυντέον τὸν ἥ. διαζευκτικὸς γάρ ἐστι. οὐ γὰρ ἐρωτᾷ, (sic optime Dind. pro ἔρρωται, quod sensu caret.) ἀλλ' ἀποφαίνεται ὅτι ἢ δι' ἀπειρίαν ὡς ἂν μακρόθεν ἐληλυθὼς τὰ Κυκλώπων ἀγνοεῖς, et in T. διαζευκτικὸς ὁ ἤ· οὐ γὰρ ἐρωτᾷ, (unde planissime confirmatur Dindorfii ad superius scholion emendatio), ἀλλ' ἀποφαίνεται ὅτι δι' ἀφροσύνην ἢ δι' ἀπειρίαν τὸ πόρρω ἥκειν ἀγνοεῖ. Quoniam bimembris interrogatio est, et quoniam δι' ἀπειρίαν non vocabulorum νήπιός εἰς paraphrasis est, sed τοῦ: ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας, ut plane significatur additis: ὡς ἂν μακρόθεν ἐληλυθώς, tandem quoniam ἢ post ὅτι positum requirit aliud ἤ, inserendum est in scholio ex Harleiano id, quod praebet T: — ἀλλ' ἀποφαίνεται ὅτι (ἢ δι' ἀφροσύνην) ἢ δι' ἀπειρίαν ὡς ἂν μακρόθεν ἐληλυθὼς τὰ Κυκλώπων ἀγνοεῖς. Pro hac opera scholion ex cod. Harleiano hoc pretium solvet, ut praebeat, quae in T desiderantur circa finem. Nam

quid est: — ἀλλ' ἀποφαίνεται ὅτι (ἢ ins.) δι' ἀφροσύνην (i. e. νήπιός εἰς) ἢ δι' ἀπειρίαν (i. e. τηλόθεν εἰλήλουθας) τὸ πόρρω ἥκειν ἀγνοεῖ? Num Ulysses sive stultitia sive non expertus (δι' ἀπειρίαν) nesciebat ex longinquo venire? Dementis hoc est. Sed ut in superiore scholio vocabulis δι' ἀπειρίαν adiecta sunt ὡς ἂν μακρόθεν ἐληλυθώς, sic quaedam in nostris, ita scribenda: δι' ἀπειρίαν (διὰ) τὸ πόρρω ἥκειν. Praepositio διὰ ter repetita turbas dedit. At quid nesciebat Ulysses? Nempe Cyclops ἀποφαίνεται, ὅτι (ἢ) δι' ἀφροσύνην ἢ δι' ἀπειρίαν (διὰ) τὸ πόρρω ἥκειν ἀγνοεῖ (τὰ Κυκλώπων.), nesciebat, sive stultitia, sive imperitia, ut qui ex longinquo venerit, Cyclopum mores et indolem.

Pergit Cyclops, dicens se nihil deos curare, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰμεν. Ad haec scholiasta ex HQ ad ι. 276. διὰ τούτων κινεῖ τὸν ἀκροατὴν, ἵνα μισήσωμεν τὸν Κύκλωπα τῆς ἀσεβείας καὶ ἐφησθῶμεν αὐτῷ κολασθέντι. ἐπιτείνεται δὲ αὐτῶν ἀσέβεια. οὐ γὰρ ἀγνοοῦντες θεοὺς φαίνονται, ἀλλὰ καταφρονοῦντες αὐτῶν δι' ἀλαζονείαν. ἀμέλει δὲ τοῖς τὰ τοιαῦτα εἰς θεοὺς ἀπορρίψασι μετὰ τὴν τύφλωσιν θεοῖς εὔχεται. Ultima vertat qui possit. Equidem ea corrupta existimo. Sed iterum sententia duce verum, vel potius veri partem videbimus, quae haec est. Cyclopes deos esse non nesciunt sed iactantia et insolentia eos nihili pendunt. Attamen qui quamdiu valebat et sano corpore erat praeditus, deos contemnebat et tanta in eos iactantia utebatur, postquam occaecatus est ad deos preces convertit. Igitur hoc statim videmus, pro ἀπορρίψασι requiri subiectum ad εὔχεται. Rescribendum itaque ἀπορρίψας. Sed quid tum faciendum est vocabulo: τοῖς? Et unde ἀπορρίψας mutatum est in insanum dativum ἀπορρίψασι? Iterum sententiarum nexus bene perspectus vera suppeditabit. Sententia postulat, ut aliquid opponatur verbis μετὰ τὴν τύφλωσιν, et hoc „aliquid" debet esse vocabulum „nunc" significans. Nam in eo totus rei cardo vertitur, ut ostendatur, Cyclopem occaecatum omnia alia facere quam

nunc. Vocabulum illud „nunc" latet in corruptis: *δὲ τοῖς*. Scribendum: *ἀμέλει δὲ (ὁ ἐν τού)τοις τὰ τοιαῦτα εἰς θεοὺς ἀπορρίψας, μετὰ τὴν τύφλωσιν θεοῖς εὔχεται*. Quum nescio quo errore, ex *ὁ ἐν τούτοις* solum *τοῖς* esset relictum, nominativus *ἀπορρίψας* praecedentibus utcunque accommodatus et in dativum refictus est. Errorem esse antiquissimum inde apparet, quod in duobus praestantissimis codd. HQ locus mendosus legitur. Quod ad stabiliendam locutionem *ἐν τούτοις* attinet, satis erit adduxisse locum, qui in vicinia legitur, ex HQ ad *ι*. 228. *ἔδει μὲν πεισθέντα τοῖς ἑταίροις εὐθὺς ἀποτρέχειν. ὅτι δὲ ἐν τούτοις ἀσυνέτως ἔπραξε αὐτὸς ὁμολογεῖ*, et quam saepe scholiastis *ἐν ἄλλοις* pro *ἀλλαχοῦ* in ore sit, in praecedentibus iam ostendi.

Nondum omnes in unius libri scholiis lacunas tractavimus. Narrat Ulysses, *ι*. 345 seqq. se, quum res ad extremum periculum pervenerit, consilium cepisse, Polyphemum dolo circumvenire et sic ex calamitosa illa caverna exitum quaerere. Cyclopis igitur sude praeusta, eum reducem ebrium reddere conatur. Itaque quum Polyphemus de more duos eius comites iugulasset coenamque sibi ex iis paravisset,

καὶ τότ' ἐγὼ (inquit) *Κύκλωπα προσηύδων ἄγχι παραστάς,*
κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.
„*Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.*

Ad totam sententiam scholion est in T, ita editum ad vs. 345. *ὅρα τὴν εὐτολμίαν. οὐ γὰρ μόνον τὸ κινδυνωδέστατον ὁρῶν τῶν ἑταίρων οὐ φρίττει, ἀλλὰ καὶ πλησίον προσέρχεται καὶ διαλέγεσθαι τολμᾷ .... αὐτὸν ἀπο πάσης ἐπιθέσεως πλανήσειν ἔμελλεν ἐπιφανείς. οὐχ ὡς πρόσκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη*. Priora facile intelliguntur. Erumpit nempe scholiasta in admirationem. Vide, inquit, quae Ulyssi sit audacia! Non solum enim infelicem comitum sortem cernens non horret, sed et propius accedere et immane monstrum alloqui audet. Verum quomodo quae statim sequuntur, cum his ad unam sententiam coniungantur, difficillimum et nisi multis vocabulis insertis

fieri posse non videtur. Sed videtur tantum. Nam non nisi unum vocabulum deest idque monosyllabum, pronomen relativum ἅ, quod excidisse mirandum non est, quum verbum praecedens finiatur ea litera, (τολμᾷ) et sequens (αὐτὸν) ea incipiat. Legendum itaque: ὅρα τὴν εὐτολμίαν. οὐ γὰρ τὸ κινδυνωδέστατον ὁρῶν τῶν ἑταίρων οὐ φρίττει, ἀλλὰ καὶ πλησίον προσέρχεται καὶ διαλέγεσθαι τολμᾷ, (ἃ) αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐπιθέσεως πλανήσειν ἔμελλεν, quemadmodum paulo post: ἀξιοπίστως ἐνίστησιν (mallem συνίστησιν, commendat se, cfr. β. 171. η. 225 etc.) ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πρόσθεν εὐδαιμονίᾳ, προσποιούμενος ἐπελπίζειν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ τεύξεσθαι, ὅπερ ἀφῄρει πᾶσαν ἐπιθέσεως ὑπόνοιαν. Hucusque nunc omnia recte procedunt. Sed quid faciendum illo ἐπιφανείς? Num cum praecedentibus coniungendum? At unusquisque post ἔμελλεν nihil ad sententiam recte intelligendam requiri sentit. Sed fac verbum ἐπιφανεὶς necessario ad praecedentia pertinere, quid tandem, quaeso, est: ἃ αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐπιθέσεως πλανήσειν ἔμελλεν ἐπιφανείς? Et quid sibi volunt sequentia: οὐχ ὡς πρόσκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη, quae sic posita omnem explicationem respuunt? Sed si mihi hoc conceditur, prius scholion post ἔμελλεν ita esse absolutum, ut ei nihil desit et nihil additum patiatur, spes est fore, ut etiam haec restituantur. Tum enim in sequentibus circumspiciendum, numquis versus in vicinia sit, cui haec adaptari possint. Quod si facimus, videmus ad vs. 347: Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα, haec adnotari in Q cum lemmate πίε οἶνον. τὸ „πίε οἶνον" ὡς πρὸς τὸ „ἐπεὶ φάγες." συγγένηται δὲ τὸ τοῦ βρώματος εἶδος, ἐπεὶ οὐχ ὡς αἴτιον πρόκειται. Quamquam in his συγγένηται corruptum est, ut etiam Dindorfius observavit, nec habeo quomodo emendem, hoc saltem perspicimus, esse huic scholio cum nostro verba quaedam communia, et in eo moneri, verba ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα, non esse acerbe posita, ut paulo ante, (οὐχ ὡς αἴτιον πρόκειται) sed solum oppositionis gratia, quae est inter πίε οἶνον

et ἐπεὶ φάγες — κρέα. Respicit haec de varia vi ac potestate verborum ἀνδρόμεα κρέα observatio scholion paulo ante, (vs. 297) positum, ubi de iisdem verbis ἀνδρόμεα κρέα monetur, poëtam ea ἐμφαντικῶς dixisse. εἰς ἔμφασιν, ut ibi est, τοῖς παρατατικοῖς κέχρηται. — — καὶ τὸ „ἀνδρόμεα" μεῖζον τοῦ ἀνθρώπεια καὶ τὸ, „κεῖτο" ἐμφαντικῶς. Hoc igitur iam lucrati sumus, ut sciamus, ultima verba scholii vs. 345 non amplius ad praecedentem sententiam pertinere, sed esse duo scholia confusa, quorum prius finitum verbis: πλανήσειν ἔμελλεν, versum 345 respicit, posterius, ita incipiens: οὐχ ὡς πρόσκειται, vs. 347, sed ita scribendum: οὐχ ὡς πρόκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη, id est: verba ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα, non ut antea ἐμφαντικῶς posita sunt, sed sic simpliciter, sine ulla acerbitate, plane ut in scholio ex Q. Sed quid est obscurum illud ἐπιφανείς? Meo quidem iudicio nihil nisi lemma posterioris scholii, id est, verba ἐπεὶ φάγες. Versus integer est:

Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.

Codex Q scholio ad hunc locum praefecit verba: πίε οἶνον, cod. T verba: ἐπεὶ φάγες. Corruptelae causas adducere, fere supervacaneum est: pro ἐπιλέγει p. 55, 20 in T est ἐπεὶ λέγει, (App. p. 738), et qui scire cupit, quoties ν et γ confundantur, adeat Bast. Comm. Palaeogr. p. 710 et p. 727. Si quis autem nostra scholia, sic scripta: vs. 345. καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα.] ὅρα τὴν εὐτολμίαν. οὐ γὰρ μόνον τὸ κινδυνωδέστατον ὁρῶν τῶν ἑταίρων οὐ φρίττει, ἀλλὰ καὶ πλησίον προσέρχεται καὶ διαλέγεσθαι τολμᾷ, (ἃ) αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐπιθέσεως πλανήσειν ἔμελλεν, et vs. 347. ἐπεὶ φάγες.] οὐχ ὡς πρόκειται, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη, — si quis, inquam, haec comparat cum iis, quae ex editis supra posui, confitebitur fortasse ea esse paulum dilucidiora. Et sic tandem ad alium librum transeamus.

λ. 134 narratur in scholio ex HQ pervulgata recentiorum poetarum fabula de Ulysse a filio Telegono interfecto. καί φασιν ὡς ἐντεύξει τῆς Κίρκης Ἥφαιστος κατεσκεύασε Τηλε-

γόνῳ δόρυ ἐκ τρύγονος θαλασσίας, ἣν Φόρκυς ἀνεῖλεν ἐσθίουσαν τοὺς ἐν τῇ Φορκίδι λίμνῃ ἰχθῦς· οὗ τὴν μὲν ἐπιδορατίδα ἀδαμαντίνην, τὸν δὲ στύρακα χρυσοῦν εἶναι, τὸν Ὀδυσσέα ἀνεῖλεν. Ad haec Buttmannus: „turbata et ut videtur omissa quaedam sunt; quae ita sunt instauranda ut sermo strui possit in hunc modum: *ὡς τὸ δόρυ, ὃ Ἥφαιστος κατεσκεύασε Τηλεγόνῳ, — —, τὸν Ὀδυσσέα ἀνεῖλεν.*" Multo facilior res est. Post *εἶναι* addatur *ᾧ* et omnia apte cohaerent, si ita scribuntur: *φασὶν ὡς — — Ἥφαιστος κατεσκεύασε Τηλεγόνῳ δόρυ ἐκ τρυγόνος θαλασσίας, ἣν Φόρκυς ἀνεῖλεν ἐσθίουσαν τοὺς ἐν τῇ Φορκίδι λιμνῇ ἰχθῦς· οὗ τὴν μὲν ἐπιδορατίδα ἀδαμαντίνην, τὸν δὲ στύρακα χρυσοῦν εἶναι· (ᾧ) τὸν Ὀδυσσέα ἀνεῖλεν.* Literas *αι* et *ωι* in nostris codd. saepe permutari, patebit conferre volenti Praef. p. LIII, unde apparet in his ad *δ*. 841. *νυκτὸς ἀμολγῷ: ἐν τῇ τοῦ μεσονυκτίου ὥρᾳ, καθ' ἣν ἄρα συμβέβηκεν ἀμέλγεσθαι τὰ ζῷα,* in solo D recte legi *ὥραν*, et p. LXI, ubi dicitur: „*κᾆτα* Barnesii correctio est pro *κάτω* quod est in OV," et App. p. 774, ubi admonetur ad *θ*. 34 pro necessario *χαρίζεσθαι*, quod Prellerus restituit, in codice esse: *χωρίζεσθαι*.

Iterum mihi cum Buttmanno non convenit de constituenda scriptura scholii ad *λ*. 539, sed res levis momenti est. Explicatur in eo locutio: *κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα* ita: *ὀξυτόνως. ἄδηλον δὲ πότερον σφοδελὸν ἢ ἀσφοδελόν. λέγει γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ α. τινὲς δὲ γράφουσι σποδελόν* cet. Ad *λέγει* rogat Buttmannus: „an *λέγεται*?" Quoniam etiam hac correctione recepta accusativi *σφοδελόν* et *ἀσφοδελόν* non habent verbum unde pendeant, praetulerim ut locus sic scribatur: *ἄδηλον δὲ πότερον σφοδελὸν ἢ ἀσφοδελὸν λέγει. (γράφεται) γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ α,* quod verbum per compendium scriptum a sequenti *γὰρ* itidem compendiose scripto esse expulsum nemo mirabitur, qui sciat quam saepe librarii horum vocabulorum siglas confuderint. Cfr. Bast. p. 803. Utra emendandi ratio praeferenda sit, iudicium penes lectores esto.

Neque cohaerent, quae leguntur ad *μ*. 3: *ταῦτα* (nempe ap. Homerum: *νῆσόν τ' Αἰαίην, ὅθι τ' Ἠοῦς οἰκία* cet.) *ὡς πρὸς σύγκρισιν τοῦ ᾍδου. θέλει γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἐκ τοῦ ᾍδου εἰς τὰ φωτεινὰ διήλθομεν. ἠοῦς δὲ εἶπεν, ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ δηλονότι μέρη τῆς νήσου προσωρμίσαντο.* Inserendum credo, *ἐπεί*, sic: *ἠοῦς δὲ εἶπεν, (ἐπεὶ) ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ — μέρη τῆς νήσου προσωρμίσαντο,* quemadmodum ad eundem versum in Q est: *ἢ ὡς ἐπὶ* (*τά* ins.) *ἀνατολικὰ μέρη τῆς νήσου προσορμισάντων, ἢ ὅτι* etc. Quam saepe in nostris et omnino in omnibus codd. *ἐπί* et *ἐπεί* de principatu contendant, non opus est ut commemorem, fuitque haec observatio iam paulo ante nobis ad corruptum locum emendandum opportunissima; hoc tantum addo, hic vocabulum *ἐπεί* ancipiti periculo laboravisse, quum *εἶπεν* praecedat et sequatur *ἐπί*.

Legitur *μ*. 166 seqq. lepidum artificium, quo Ulysses Circes monitu periculum Sirenum effugerit, notissimum omnibus. Nempe comitum auribus cera oblitis et obturatis, ipsum ad malum navis iussit se vinciri, ut sine periculo eas audire posset et comites certiores facere, si eas praeternavigassent:

αὐτὰρ ἐπειδὴ τάσγε παρήλασαν, οὐδ' ἔτ' ἔπειτα
φθογγῆς Σειρήνων ἠκούομεν οὐδέ τ' ἀοιδῆς
αἶψ' ἀπὸ κηρὸν ἕλοντο ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι,
ὅν σφιν ἐπ' ὠσὶν ἄλειψ' ἐμέ τ' ἐκ δεσμῶν ἀνέλυσαν.

In his ad verba: *οὐδ' ἔτ' ἔπειτα φθογγῆς — — ἠκούομεν* observatur ad H: *καὶ μὲν οἴεται, οὐδὲ πρότερον ἤκουον. σημαίνει δὲ οὖν ἔξω τοῦ δύνασθαι ἀκούειν ἐγενόμεθα.* Tria prima verba corrupta sunt, etiam iudice Dindorfio. Nam nihil significat: „atque opinatur, ne antea quidem audiebant," et quid *μέν* hic sibi velit, nemo facile dixerit. Sensum recuperabunt si scribatur: *καὶ μὴν οἱ ἑταῖ(ροι) οὐδὲν πρότερον ἤκουον.* Est enim *λυτικοῦ* scholion, rogantis, quomodo, quum Ulysses solus cantum Sirenum audiverit, Homerus dicere possit: *φθογγῆς ἠκούομεν.* Etenim, pergit, sodales antea nihil quidquam audiebant. Sed illud *ἠκούομεν* dictum est pro: *ἔξω τοῦ*

δύνασθαι ἀκούειν ἐγενόμεθα. Verba καὶ μὴν usitata sunt in hac obiiciendi formula, ut v. c. β. 124. καὶ μὴν προτρέπεται ὁ λόγος ἐπὶ πλέον σωφρονεῖν τὴν Πηνελόπην. ἀλλ' οὐχ οὗτος ὁ νοῦς, ἀλλ' etc., et, η. 245. ad δολόεσσα Καλυψώ: καὶ μὴν οὐκ ἦν φαρμακίς, ἀλλ' ὅτι αὐτὸν ἦγεν ἐξαπατῶσα καὶ ἀφῄρει τὸν νόστον, et saepe alibi. Simul pro οὐδὲ πρότερον, apud Cramerum οὐ δὲ scripto, restitui οὐδέν, quod probatione non eget.

Non tam certa restitutione supplere possum certam lacunam ad eiusdem libri μ. vs. 290. Adscribam tamen quid suspicer, si fortasse acutiori alii indicium porrigere possim veri reperiendi. Ulysses ibi narrat, quomodo deorum consilio sodales se invitum coëgerint appellere ad eam insulam, ubi Solis boves pascebantur, quibus mox consumptis omnes fere miserrimo naufragio perierunt. Ipse hortatur: νῆσον ἀλεύασθαι τερψιμβρότου Ἠελίοιο, sed et alii et omnium maxime Eurylochus, eius monitis spretis, sic eum obiurgant:

πῇ κέν τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
ἤν πως ἐξαπίνης ἔλθῃ ἀνέμοιο θύελλα,
ἢ Νότου ἢ Ζεφύροιο δυσαέος, οἵτε μάλιστα
νῆα διαρραίουσι θεῶν ἀέκητι ἀνάκτων.

Ad ultima sine dubio verba, nam lemma deest, apud Cramerum et Dindorfium ex H sequens scholion editur: θέλουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ θεοὶ ὁρμισθέντας — θεοὶ δοτῆρες ἐάων. Haec sensu cassa et sine dubio mutila sunt. Et sic iudicavit de iis Dindorfius, bis monens, primum in App. p. 788: „hoc scholion non intelligo," deinde disertius in Praef. p. LXI: „ante θέλουσι in H lemma est θεῶν ἀέκητι. Inter ὁρμισθέντας et θεοὶ nihil spatii relictum in H, etsi verba manifesto defecta sunt." Verbis superstitibus saepe et attente rimatis et cum Homeri versibus collatis, videor mihi videre in iis reliquiis inesse duo ad eadem verba Homerica θεῶν ἀέκ. scholia, prius sensum, posterius verborum formam explicans. Versari debebat prius in exponendo, quid sibi voluerit poëta dicens ventos saepe frangere naves invitis diis. Posterius agebat de duobus

substantivis *θεῶν ἀνάκτων* iuxta positis. Itaque locum lacunosum sic redintegrandum censeo: *θεῶν ἀέκητι ἀνάκτων: θέλουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ θεοὶ ὁρμισθέντας (ἀναπαύεσθαι. Τὸ δὲ „θεῶν ἀνάκτων" ὡς τὸ) „θεοὶ δοτῆρες ἐάων*. Id est: Eurylochus dixit: „si ventorum vi peribimus, id „invitis diis" erit, nam dii quidem volunt nos ancoras iacere et laborum requiem capere," et quod ad formam attinet, comparatur ea cum *θεοὶ δοτῆρες ἐάων*. Ita mihi probabiliter sensum restituisse videor, verba praestare nequeo.

Non intelligo quid sit *χ*. 403 ad *βεβρωκὼς βοός: ὅμοιον τῷ „ὄφρα πίῃς οἴνοιο·" προσγενῆ γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν Ἀττικοὶ λέγουσιν*. Intelligerem si scriptum esset *πρὸς γενικὴν γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν Ἀττικοὶ λέγουσιν*.

Video mihi esse properandum ut et alius generis vitiorum exempla adiicere possim. Igitur omitto in praesentia permultos locos ubi *ἄν* particula periit propter sententiam revocanda, vel ubi propter siglarum, quibus *ὡς* et *καὶ* scribuntur, similitudinem, (de qua videndus Bast. p. 816 et tab. V. 9.) alterum vocabulum ab altero extrusum est. Huius postremae observationis unum tantum tangam exemplum, quoniam ea locus corruptus sanari poterat, quem et tentavit Dindorfius, sed cuius rationes, quoniam palaeographica *πειθανάγκη* deest, probare non possum. Locus est de forma *χεύω* ad *β*. 222. Editur ex fide codicum HM *χεύω: Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὀροάνδου χείω γράφει, καὶ Ἀρίσταρχος, Ἡρωδιανὸς δὲ χεύω, ἵν' ᾖ ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλλοντος*. Ad haec annotavit Dindorfius: „*χείω* Porsonus, *χρείω* H, *χρειὼ* M. *χείω* si scripsit Ptolemaeus, pro futuro habuit. Sed videndum ne *χεύσω* scripserit, quod M in textu habet cum *γρ. χεύω*. —— *Χεύομεν* futuri significatione dictum etiam Il. H. 336, — ubi nulla in scholiis annotata est scripturae diversitas. Verba proxima *καὶ Ἀρίσταρχος, Ἡρωδιανὸς δὲ χεύω* fortasse sic sunt corrigenda: *Ἀρίσταρχος δὲ καὶ Ἡρωδιανὸς χεύω*. —" Quod pace viri clarissimi dictum esto, ei adsentiri non possum.

Nam cur tandem haec usitatissima verba *δὲ καὶ* ita essent discerpta ut *καὶ*, quod post *δὲ* ponendum erat, ante *Ἀρίσταρχος* retraheretur, *δὲ* a suo loco ante *καὶ* post *Ἡρωδιανὸς* collocaretur? Non ita vitia in codd. oriuntur. Potius scripserim: *Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὀροάνδου χείω γράφει*, (*ὡς*) *καὶ Ἀρίσταρχος*, *Ἡρωδιανὸς δὲ χεύω*. Consentit quidem plerumque Herodianus cum magno magistro suo Aristarcho, at sunt tamen loci ubi dissentiat. Sic *γ*. 10. *Ἀρίσταρχος κάταγον·* — — *ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς κατάγοντο*, et *ε*. 281 in loco difficillimo diserte observatur: *οὐ μέντοι Ἡρωδιανὸς Ἀριστάρχῳ συγκατατίθεται*. Cur igitur et nostro loco non potuit Herodianus non cum magistro sentire et aliam quam Aristarchus cum Ptolemaeo Oroande lectionem amplecti? Praesertim in loco ubi quid tandem praetulerint Aristarchus et Ptolemaeus non nisi e coniectura Porsoni constitutum est et difficillimum semper diiudicatu erit.

Et sic huic mendorum generi nunc valedicimus.

§ 6. Transiturus ad indicanda, et ubi potero, sananda alia vitia, ea nempe quae orta sunt quod librarii literarum similes ductus confuderunt, quod siglas aut non aut male expleverunt, quod praepositiones *ταχυγραφικῶς* scriptas perturbaverunt, ad haec igitur indicanda transiturus, initium faciam apponendo eos locos, ubi scribarum erroribus factum est, ut aliquid deesse putaretur, qui inter corruptelas, de quibus in praecedenti paragrapho egimus, et eas, de quibus statim loquemur, quodammodo medium locum occupant.

Tale quid locum habere puto ad *η*. 299. Editur ex T. *τέλεον καὶ μεγαλοπρεπὲς τὸ ἦθος τοῦ Ἀλκινόου τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ μέμψασθαι μικροψύχως τὴν θυγατέρα ἐν* (mel. *ἐπὶ*) *τῇ δόσει τῶν ἱματίων, ὡς μᾶλλον αἰτιᾶσθαι ὡς ἐξέλιπεν εὐεργετοῦσα .... τὸ μὴ μετὰ θεραπαινίδος ἀγαγεῖν κατὰ τὴν πόλιν*. Si revera in codice lacuna est, nescio quae verba in ea fuisse cogitanda sint, nam ad sensum nihil quid-

quam deest, modo corrigatur: ὡς μᾶλλον αἰτιᾶσθαι ὡς ἐξέλιπεν εὐεργετοῦσα, τῷ μὴ μ. θ. ἀγαγεῖν κατὰ τὴν πόλιν.

Idem fortasse usu venit θ. 267: ὅλως δὲ Ὅμηρος οὐδὲ οἶδεν Ἥφαιστον Ἀφροδίτῃ συνοικεῖν (σύνοικον rectissime correxit Buttmannus.) Χάριτι δὲ αὐτὸν συμβιοῦντα, Δημόδοκος δὲ τῇ ἰδίᾳ μυθοποιΐᾳ. Ita editur ex HQT. Ultima non integra esse videntur, itaque Dindorfius adnotavit: „fort: χρῆται addendum." Sed ne sic quidem omnia recte cohaerent, nam indistincte nimis dictum est: Demodocus propria mythologia utitur. Fortasse emendandum est: Δημόδοκος δὲ τοῦτ' ἰδίᾳ μυθοποιεῖ.

Certiora dare possum ad λ. 489. Dixerat in Orco Achillis umbra:

βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ, — —
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Ad haec scholiasta, λυτικὸς sine dubio, adscripsit hanc quaestionem: πῶς τοσοῦτον φιλόζωον εἰσάγει τὸν προκρίνοντα τὸν ὀλιγοχρόνιον μετ' εὐκλείας ζῆν; ἤτοι οὖν παραμυθούμενος τὴν δυστυχίαν Ὀδυσσέως ταῦτά φησιν, ἢ τὸ ἄπρακτον τῶν νεκρῶν ὁρῶν βδελύττεται τὴν παρὰ τοῖς νεκροῖς δίαιταν. Corrupta, quin etiam sententiae contraria sunt τὸν προκρίνοντα etc. Sensit hoc Buttmannus, haec observans: „mutila haec in hunc sensum sarcienda: — εἰσάγει αὐτόν, προκρίνοντα τὸν μακρόν, ἀλλ' ἀκλεᾶ βίοτον τοῦ ὀλιγοχρόνιον μετ' εὐκλείας ζῆν." Sensus multo facilius restitui potest. Legatur modo: πῶς τοσοῦτον φιλόζωον εἰσάγει τὸν προκρίναντα τὸ ὀλιγοχρόνιον μετ' εὐκλείας ζῆν; nam praeteritum participium requiri manifestum est. Sic oritur eadem sententia, quam Buttmannus volebat, et nihil addere erit opus.

Prorsus autem vitii suspicionem effugerunt, quae corruptissima in ipsa fere operis fronte leguntur. Ad prima Odysseae verba: ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα longum est scholion in plurimis codd. de variis vocabuli ἀνὴρ significationibus. τὸ οὖν ἄνδρα, inquit, κυρίως παρ' αὐτῷ τίθεται, τὸν ἀντιτιθέμενον

τῇ γυναικὶ, ὥσπερ ὁ ἄρρην· — — *καὶ συγκριτικῶς ὡς πρὸς τὰς γυναῖκας·* — — *καὶ ἀνδροτὴς δὲ ἡ τοῦ ἀνδρὸς δύναμις ἡ ποιοῦσα „ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην."* (Il. X. 363). Cetera perspicua sunt, at quid est: *ἀνδροτὴς* significat *ἡ τοῦ ἀνδρὸς δύναμις ἡ ποιοῦσα?* Nihil opinor. Et quominus cum sequentibus verbis ea coniungamus vetat constans scholiastarum consuetudo, sua verba numquam ita coniungendi cum iis quae ex Homero citant, ut unam sententiam efficiant. Sed fac ita fieri licere. Quid est, quaeso, *ἀνδροτὴς* significat *ἡ τοῦ ἀνδρὸς δύναμις, ἡ ποιοῦσα „ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην"?* Num *ἡ ἀνδροτὴς ποιεῖ ἀνδροτῆτα?* Emendandum credo: *καὶ ἀνδροτὴς δὲ ἡ τοῦ ἀνδρὸς δύναμις· „λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην,* nam spectant haec notissimum Homeri locum, Il. Π. 856 seqq. de Patroclis et X. 363 de Hectoris morte:

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδοσδε βεβήκει
ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην

Error inde ortus esse videtur, quod, quum scriba pro *λι* sibi *ἡ* visus esset videre, quod poterat facillime, ex reliquis *ποῦσα*, ut saltem Graecum esset vocabulum, *ποιοῦσα* fecit, quemadmodum supra vidimus eum pro *γελοίως* substituisse *λέγοιτο.* Si quis autem hoc mirabitur, citari verba Homeri, non adiecto *ὥς ποτε ἔφη* vel *ὡς λέγει ὁ ποιητὴς* vel, quod frequentissimum, *ὡς*, considéret hos locos: (p. 106. l. 11) *β*. 300. *ἀνιέμενος.* — *σημαίνει δὲ ἐκδέροντας, γυμνοῦντας· „κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε."* (Il. X. 80.) et *ζ*. 327. (p. 320. l. 13.) *τὸ γὰρ δός ἐν εὐχαῖς κεῖται. „δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολίπορθον οἴκαδ' ἱκέσθαι."* (Od. *ι*. 530), et praeterea p. 324. l. 10; p. 331. l. 14; p. 332. l. 1, et saepius alibi.

Non tam certa emendatione restituere possum locum manifesto corruptum, qui paulo post legitur; ad *α*. 2, *διὰ τί Ὅμηρος οὐ τὸν Ἀχιλλέα ὀνομάζει, ἀλλὰ τὸν Ὀδυσσέα πτολίπορθον, καὶ ταῦτα πόλεις ἀπείρους τοῦ Ἀχιλλέως πορθήσαντος; καὶ λέγομεν, ἐπεὶ ὁ Ἀχιλλεὺς πολίδριά τινα ἐπέσχεν, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς διὰ τῆς οἰκείας φρονήσεος τὴν περίφημον*

Τροίαν ἐπόρθησε, —— διὰ τοῦτο οὐ τὸν Ἀχιλλέα, ἀλλὰ τὸν Ὀδυσσέα ὀνομάζει πτολίπορθον. Sine controversia mendosum est *ἐπέσχεν*, et sensus postulat verbum, quod significat „urbem capere." Hoc apud nostros fere constanter sonat *πορθεῖν*, nam *αἱρεῖν* et *ἑλεῖν* in desuetudinem abiisse videntur. Sed verbo *πορθεῖν* hic uti noluit scholiasta, propterea quod idem vocabulum bis ponere in brevi sententia nolebat. Statim enim sequitur: *ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς — ἐπόρθησε*, quod quominus et hic pro *ἐπέσχεν* reponamus praeterea obstat, quod nimis a literarum forma recedit. Cogitaveram igitur, eum variandi causa usum esse vocabulo Homerico: *καὶ λέγομεν, ἐπεὶ ὁ Ἀχιλλεὺς πολίδριά τινα ἔπερσεν, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς —— τὴν περίφημον Τροίαν ἐπόρθησε, —— διὰ τοῦτο —— τὸν Ὀδυσσέα ὀνομάζει πτολίπορθον*. Sed scrupulus tamen residet, quoniam scholiastae, quamquam a vocabulis formisque Homericis non abstinent, iis plerumque in paraphrasi tantum utuntur. Legitur tamen p. 92. l. 14 ad *β*. 124. *ἀλλ' οὐχ οὗτος ὁ νοῦς, ἀλλ' ἐρεθίζει τὸν Τηλέμαχον ἀπώσασθαι τὴν μητέρα.*

At certiora sunt, quae afferre possum ad *γ*. 195. Loquitur Nestor de Agisthi facinore, sed, inquit,

ἀλλ' ἤ τοι κεῖνος μὲν ἐπισμυγερῶς ἀπέτισεν.

Vocabulum *ἐπισμυγερῶς* in codd. BEHQ ita explicatur: *περισσὴ ἡ ἐπί, ὡς ἐν τῷ „βοῶν ἐπιβουκολος." σμύχεσθαι δέ ἐστι τὸ ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεσθαι μετῆκται δὲ ἐπίρρημα* („Scribe *μετῆκται δὲ τὸ ἐγχείρημα* ex H. et D." Dind. Praef. p. XLIX) *ἀπὸ τῶν ἐπισμυχομένων καὶ „ἐπισμύξαι πυρὶ νῆας"* (H. I. 653). *δηλοῖ δὲ τὸ ἐπισμυγερῶς τὸ ἐπιπόνως, ἀξίως*. Non immerito explicatio voc. *ἐπισμυγερῶς* per *ἀξίως* Buttmannum et Dindorfium male habuit, nam ex sententiae nexu palam est, *ἐπισμυγερῶς ἀποτίνειν* alia omnia potius esse quam *ἀξίως ἀποτίνειν*. Molestissimum igitur verbum variis modis tentarunt. Buttmanno *οἰζυρῶς* in mentem venerat, quod dubitanter tantum proposuit. Dindorfius in annotatione posuit haec: „*ἀξίως*. Corruptum. *οἰζυρῶς* Buttm. parum probabiliter. Facillimum

foret *ἀναξίως*. Per *ἐπιπὸνως, ὀδυνηρῶς, καυστικῶς* exp. Eustathius." Et revera requiritur aliquod vocabulum eadem fere ac illud *ἀναξίως* significatione, id vero ipsum parum probabile est in *ἀξίως* esse corruptum. Dindorfius ipse postea coniecturam suam improbasse videtur, haec scribens in Praef. p. XLIX: „Delendum *ἀξίως*, quod om. DH." Violentius hoc remedium est, quo fortasse carere poterimus, si legamus: *δηλοῖ δὲ τὸ ἐπισμυγερῶς τὸ ἐπιπὸνως, ἀ θ λ ί ω ς,* quae emendatio opportune stabilitur alio loco in his nostris scholiis, ubi idem vocabulum eodem prorsus modo exponitur, nempe ad δ. 672, ubi in BE est: *ἐπιπόνως, ἀ θ λ ί ω ς, χαλεπῶς ἀπὸ τοῦ σμύχω. παρέλκει δὲ ἡ ἐπί.*

Omnes autem loci, ubi de Aegisthi facinore sermo est, id quod sane mirum est, aliquam labem concepisse videntur. Post pauca Telemachi rogatu Nestor eandem rem pluribus persequitur, dicitque sese opinari:

ἤτοι μὲν τάδε καὐτὸς οἰέαι, ὥς κεν ἐτύχθη [1]).
εἰ ζωόν γ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετμεν
'Ατρείδης Τροίηθεν ἰὼν, ξανθὸς Μενέλαος,
τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
ἀλλ' ἄρα τὸν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν, κτέ.

(γ. 256 seqq.)

Ad *ἔχευαν* est in scholiis: *τινὲς, ἔχευεν, ἵνα λείπῃ τὸ τις. ἐὰν δὲ· ἔχευαν, οἱ προσήκοντος τῷ Αἰγίσθῳ ἅ μ α δηλονότι ἐκώλυσεν α ὐ τ ὸ ς ὁ Μενέλαος.* Non attinet omnes difficultates enumerare quibus locus brevissimus premitur, in quo inter alia multa neque *ἅμα* concoquo neque *α ὐ τ ὸ ς ὁ Μενέλαος* cui nemo opponatur, neque quomodo *ἐκώλυσεν ὁ Μενέλαος,* qui nihil prohibere potuit, quippe absens, neque quid vel quem prohibuerit, — nam obiectum in tota sententia nullum reperitur, —

---

[1]) Sic malo cum Faesio interpungere, quam cum ceteris, commate posito post *ἐτύχθη*, addere *ὑπόστιγμα* (·) post: *Μενέλαος*, quamquam ita interpunxisse Scholiastam nostrum, ex eius paraphrasi patet.

ullo modo possum intelligere. Quodsi id tenemus, scholiastam verba: *τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπι γαῖαν ἔχευαν* paraphrasi exprimere voluisse, patet verba difficilia ita esse scribenda: *ἐὰν δὲ ἔχευαν, οἱ προσήκοντος τῷ Αἰγίσθῳ δηλονότι, ἀλλ' ἐκώλυσεν ἂν αὐτοὺς ὁ Μενέλαος*, quae explicatione non indigent. Duplex *λλ* cum *μ* centies confusum est [1]), et in nullo saepius vocabulo quam in illis *ἅμα* et *ἀλλά*. De particula *ἀλλὰ* post hypotheticam protasin, dignus est qui conferatur locus ad *δ*. 535, *εἰ δὲ καὶ βοῦν εἶπεν, ἀλλ' οὐ πρὸς ὕβριν αὐτοῦ εἶπεν* etc., quem locum et alibi iam testem adhibuimus.

Perpetua est in codd. nostris vocabulorum *φησίν*, *φασίν* et *φαμὲν* confusio. Sic, v. c. ad *γ*. 411. editur: *διὰ τί ὁ Νέστωρ, βασιλεὺς ὤν, τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐπιτέλλει τὰ τῶν δούλων καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα; φασιν οὖν ὅτι ἁπλοϊκῶς καὶ ἀκενοδόξως τότε διέκειντο κτέ;* ubi palam est, legendum esse *φαμὲν οὖν*, quae solemnia fere verba sunt *τοῦ λυτικοῦ* difficultatem solventis, v. c. *α*. 8. *διὰ τί μιᾶς ὑφ' Ἡλίου νεὼς ἀπολωλυίας, ἕνδεκα δὲ παρὰ Λαιστρυγόσιν, ὁ ποιητὴς ἔφη „οἱ κατὰ βοῦς" κτέ., ὡς δὴ πάντων ὑφ' Ἡλίου ἀπολωλότων; φαμὲν οὖν ὅτι* etc. quae fere singulis paginis forma recurrit [2]). Est ubi pro *φαμὲν* legitur *λέγομεν οὖν*, ut in scholio, quod supra posui, de Ulyssis epitheto *πτολίπορθος*. Sed *φασὶν οὖν* hic nihil quidquam significat. Idem vitium eadem medicina sanandum est ad *ε*. 121, in allegorica explicatione *τοῦ Ἡμέρας καὶ Ὠρίωνος ἔρωτος*, quae ipsis verbis ex Heracliti cap. LXVIII descripta est. (p. 133 seqq. ed. Mehler.) ubi post multa alia dicitur: *καθ' Ὅμηρον δὲ καὶ τοῦτό φασιν. Ἰασίων ἀνὴρ γεωργίας ἐπιμελούμενος καὶ δαψιλῶς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀγρῶν καρποὺς λαμβάνων εἰκότως ὑπὸ τῆς Δήμη-*

---

[1]) Bastius, ubi agit de duplice *λ* cum *μ* confuso, hoc ipsum vocabulum exempli causa affert: „indidem orta creberrima commutatio vocum *ἀλλὰ* et *ἅμα*." Pag. 724.

[2]) Vis locorum adducitur in Indice, s. v. *ῥητέον οὖν ὅτι*. — p. 837.

τρος ἔδοξεν ἠγαπῆσθαι· δὶ ὧν Ὅμηρος οὐκ ἀσελγεῖς ἔρωτας ἱστορεῖ θεῶν οὐδ' ἀκολασίας, σημαίνει δὲ τὰς εὐαγεστάτας, Ἡμέραν τε καὶ Δημήτραν, τοῖς εὐσεβῶς ἐρευνᾶν ἐθέλουσι φυσικῆς ἀκριβῆ θεωρίαν ἀφορμὴν χαρίζεσθαι [1]). Si locum intelligo, pro φασὶν et hic et apud Heraclitum rescribendum φαμέν.

δ. 103. Menelai verba: αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο sic paraphrasi redduntur: ὁ ὑπὲρ τῶν ἄλλων μοι θρῆνος ταχέως θραύεται. Quoniam dolor et lamentatio non frangitur, emendo: παύεται, cui coniecturae non leve momentum accedit ex totius loci Homerici conformatione, quem magis quam verba lemmatis nostra paraphrasi redduntur. Menelaus haec dicit:

ἄλλοτε μέν τε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε
παύομαι· αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο.
τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ, || ὡς ἑνὸς etc.

Sententia igitur est: Doleo omnes amissos sodales, sed dolor ob eos amissos cito evanescit ac finitur prae desiderio unius viri, Ulyssis nempe.

Fere typothetae mendum putarem quae leguntur in Praef. p. LII ad δ. 100. ἅπερ ἔμελλεν ἐρωτήσειν ὁ Τηλέμαχος, ταῦτα φράσας ὁ Μενέλαος ἐκφέρει, καὶ γίνεται τὸ πᾶν νοούμενον περιπαθές. ἀλλὰ καὶ τὴν ὁμοιότητα ἐκφεύγει ὁ ποιητής· παρὰ γὰρ Νέστορι ὁ Τηλέμαχος ἤρχετο τῶν λόγων. Ad haec in Praef. l.l. observantur: „Recte φάσας H idemque fortasse est in Q." Quoniam φάσας nihili vocabulum est, — nam si a φημὶ derivatur, φήσας scribendum est, quod id genus scriptores dicere solent pro φάς, — suspicor dedisse Dindor-

---

[1]) Ultima huius loci verba in Heracliti edd. varie tentata sunt. Mehler legit σημαίνων — — χαρίζεται, pro eo, quod in codd. est: σημαίνει — χαρίζεται, „quo facto aliquanto concinnior sententia videtur evasisse, nec tamen omnibus numeris est absoluta." Sententia omnibus numeris absoluta erit, recepta cod. nostri lectione: σημαίνει — — χαρίζεσθαι, in quam coniecturam facillimam miror nullum ex Heracliti editoribus incidisse, quum tamen -εται et -εσθαι centies in codd. confusa sint.

fium: ταῦτα φθάσας ὁ Μ. ἐκφέρει, more recentiorum Graecorum pro: ἔφθασεν ἐκφέρων, quod antiquorum est.

Omnibus apud Menelaum in lacrimas conversis, nam κλαῖε μὲν Ἀργείη Ἑλένη, — — κλαῖε δὲ Τηλέμαχός τε καὶ Ἀτρείδης Μενέλαος, || οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε, Pisistratus, quem tanti luctus mox taedebat, — ingenue enim fatetur: οὐ γὰρ ἔγωγε || τέρπομ' ὀδυρόμενος μεταδόρπιος, — conatur eos a lacrimis avertere, mentionem iniiciendo fratris sui amissi:

καὶ γὰρ ἐμὸς τέθνηκεν ἀδελφεός, οὔτι κάκιστος
Ἀργείων, κτέ. δ. 183 seqq.

Scholiasta ad haec: δαιμονίως οὗτος γνωμολογεῖ περὶ πάντων ὅτι οὐ χρὴ κλαίειν, ἀλλὰ τὸ ἴδιον πάθος ἐξήνεγκε. τὸ μὲν γὰρ ὡς μαλακιζομένοις ἐπιτιμᾶν οὐ πρέπον νέῳ, τὸ δὲ διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀηδίαν παραιτεῖσθαι δάκρυα, ἀνθρώπινον. Absurde hic Pisistratus optime fecisse dicitur, quod recte non fecit, nempe γνωμολογεῖν περὶ πάντων ὅτι οὐ χρὴ κλαίειν, et praeterea cui verbo ἀλλὰ opponatur difficile dictu est. Verum vitium alit οὗτος, quod ut supra pro οὗ reponendum erat, sic nostro loco pro οὗτος necessario legendum οὐ, quo facto omnia recte procedunt: δαιμονίως οὐ γνωμολογεῖ περὶ πάντων ὅτι οὐ χρὴ κλαίειν, ἀλλὰ τὸ ἴδιον πάθος ἐξήνεγκε. Eadem sententia paulo aliter expressa est in scholio ad δ. 752. οὐ παραινεῖ μὴ δακρύειν· οὐ γὰρ πείσει· προτρεπομένη δὲ ἐπ' εὐχὰς καταφεύγειν, [ὅθεν] λεληθότως παύει τὰ δάκρυα, quae verba non apte decurrere videntur, quod perspiciens Dindorfius in annotatione dixit: „Exspectes προτρέπεται δὲ —." Potest etiam ita sententiae occurri, ut secludatur ὅθεν, quod quid huc faciat, non video.

Ad ε. 272. inter alia longiora scholia hoc est ex HQ. ὁ ἀρκτικὸς κύκλος περιέχει τὰς Ἄρκτους καὶ τὸν Δράκοντα, περὶ ὧν φέρεται ἡ ἱστορία ἥδε. τὸν Δία ἐν Κρήτῃ τεχθέντα δύο νύμφαι ἐκεῖσε ἀνέτρεφον, καὶ ἡ μὲν Ἑλίκη ὠνομάζετο, ἡ δὲ Κυνόσουρα. Κρόνου δὲ ποτὲ ἐπελθόντος ὁ Ζεὺς τὸν

ἑαυτοῦ πατέρα παραλογισάμενος τὰς νύμφας μετέβαλεν εἰς ἄρκτους, αὐτὸς δὲ εἰς δράκοντα μετεβλήθη. εἶτα τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος τῇ ἄ ρ κ τ ῳ ἀ ν ε σ τ ή ρ ι ξ ε φ η μ ὶ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν. Et cetera quidem plana sunt et perspicua, sed quid est: τῇ ἄ ρ κ τ ῳ ἀ ν ε σ τ ή ρ ι ξ ε φημὶ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν? Corrupta haec esse palam est, et ita etiam editores ambo iudicaverunt. Buttmannus κατηστέρισε φασὶ rescribere volebat, probante Dindorfio. Ex his κατηστέρισε gratus accipio, sed ne sic quidem omnia persanata sunt, nam quid est: τῇ ἄ ρ κ τ ῳ κατηστέρισε —— τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν? Meliora dabit cod. H, qui non τῇ ἄρκτῳ habet sed: τὸ σ^{υ}_{χ}., „quod τὸ σχεῖν legit Cramer" (App. p. LIV) pro sua scilicet palaeographiae peritia. Sed quicunque ex Bastio, Comm. Pal. p. 822 didicit: „σχῆμα, ῥῆμα, χρῆμα etc. compendiose scribi posse etiam sic, ut syllaba μα omittatur et littera ῆ superscribatur," videbit in eo σ^{υ}_{χ} latere σχῆμα, non σχεῖν. Locus igitur sic constituendus videtur: εἶτα τῆς βασιλείας ἀντιλαβόμενος τ ὸ σ χ ῆ μ α κ α τ η σ τ έ ρ ι σ ε, (fort. pressius ad codicum vestigia: κατηστέριξε), φ η μ ὶ τὰς νύμφας καὶ ἑαυτόν, in quibus φημὶ perperam in φασὶ mutabat Buttmannus, quum significet „nempe," „id est," „τουτέστιν," quemadmodum v. c. p. 702. l. 3 legitur: τὴν Ἀδράστου θυγατέρα, λ έ γ ω δ ὴ Ἱπποδάμειαν.

Ad ε. 422 narratur: Ἀμφιτρίτη λέγεται ἡ θάλασσα. ἀδελφὰ γάρ εἰσι τὰ στοιχεῖα, ὁ Ποσειδῶν, ὁ Ζεύς, καὶ ὁ Πλούτων. τῷ μὲν Διῒ ἔλαχεν ἡ τρίτη μοῖρα, ἤγουν τὰ οὐρανία, τῷ δὲ Ποσειδῶνι ὡσαύτως ἡ θάλασσα, τῷ δὲ Πλούτωνι ὡσαύτως ἡ τρίτη, ἤγουν τὰ καταχθόνια, ἡ γῆ δέ ἐστι κ α ὶ τῶν τριῶν. Non multos vidi locos ubi καὶ et importunius et ineptius abundaret, nec dubito quin depravatum sit ex κ ο ι ν ὸ ν sic scripto κ ο ι ν, nam respicitur Il. O. 190 seqq., ubi dicit Neptunus:

ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα,

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν.
γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος,

ad quem locum scholia etiam digna sunt quae conferantur.

ζ. 149 seqq. Ulysses in Phaeacum insula expergefactus ex somno Nausicaam alloquitur auxilium ab ea petens eiusque misericordiam ut moveat, ita dicit:

χθιζὸς ἐεικοστῷ φύγον ἤματι οἴνοπα πόντον·
τόφρα δέ μ' αἰεὶ κῦμα φόρει κραιπναί τε θύελλαι
νήσου ἀπ' Ὠγυγίης· (vs. 170 seqq.).

Ad lemma *χθιζὸς ἐεικοστῷ* hoc scholion est, servatum in HPQ *ἐπ' ἄλλο εἶδος μεταβαίνει εἰς ἔλεον κινῶν τὴν παρθένον. καὶ τὸ εἰκὸς τῷ τεχνικῷ. τὸ μὲν γὰρ τὰς δύο ἡμέρας τοῦ ναυαγίου εἰπεῖν ἧττον περιπαθές, συλλαβὼν δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν ἐν αἷς ἐτέλεσε τὴν συμφορὰν ἐδεινοποίησεν.* Quicunque haec vel obiter perlegerit, assentiatur necesse est Dindorfio, haec monenti: „Verba non integra," vel, ut mihi videtur, corrupta potius. Nam quod Q praebet: *καὶ τὸ εἰκὸς τῷ τε χρονικῷ* etiam magis a veri vestigio recedit. Ipse tamen ea varia lectione primo deceptus sum, quum ex ea reponere vellem: *καὶ τὸ εἶδος,* (nam *εἰκός* et *εἶδος* saepius in his permutata sunt, et *εἰκός* nihil huc facit,) *τῷ χρονικῷ,* ut sententia ea esset, quum Ulysses dicatur *ἐπ' ἄλλο εἶδος μεταβαίνειν,* illud *εἶδος* eo consistere, ut puellae misericordiam moveat longinquitate temporis, quod in saevo et turbulento mari degerit. Sed mox vidi hanc non esse veram lectionem; nec enim unde *τε* venerit patet neque cur *χρονικῷ* pro *χρόνῳ* dictum sit, commode explicari potest. Sed in lectione codd. PH. *καὶ τὸ εἰκὸς τῷ τεχνικῷ,* quamquam mendosa, manifestissima sunt veri reperiendi indicia, nam scripsit scholiasta: *καὶ τὸ εἰκοστῷ τεχνικῶς,* coniunctis iis quae scribae male in duas partes dispescuerunt. Nunc omnia apte cohaerent et nihil est quod desiderari possit; ad verba enim Homeri: *χθιζὸς ἐεικοστῷ φύγον ἤματι οἴνοπα πόντον* observatur: *καὶ τὸ εἰκοστῷ τεχνικῶς. τὸ μὲν γὰρ τὰς*

δύο ἡμέρας τοῦ ναυαγίου εἰπεῖν, ἧττον περιπαθές κτέ. et unde vitium unumquodque ortum sit, in clara luce collocari potest. Prima mali labes, ut iam significavi, ea fuit, quod scriba in εἰκοστῷ sibi visus est vocabulum εἰκὸς videre, optime quidem Graecum et saepius in Scholiis usurpatum, sed nunc quidem alienum a loci sententia. Quum vero εἰκὸς τῷ scriptum esset, scriba proclivi errore pro τεχνικῶς scripsit τεχνικῷ, ne scilicet articulus τῷ substantivo careret. Tandem alius quum in τεχνικῷ duas primas literas τε a ceteris disiunxisset, ex reliquis χνικῷ, ut saltem esset Graecum vocabulum χρονικῷ fecit, plane ut paulo ante vidimus, quum in λιποῦσα syllaba λι in ἡ abiisset, ex sequentibus (ποῦσα) ποιοῦσα esse factum. Adverbium τεχνικῶς ex eorum numero est, quibus scholiastae solent Homeri sui admirationem significare, ut δαιμονίως, — quod usitatissimum, — ἄκρως, εἰκότως, συνετῶς et similia. Legitur, v. c. ad β. 130. καὶ οὗτος τεχνικῶς ἄγαν τὴν ἀντίρρησιν ποιεῖται, et η. 303. καὶ ἐνταῦθα τεχνικῶς ἄγαν ὁ 'Οδυσσεὺς ἀπολογεῖται, et σ. 269, ubi narrat Penelope, Ulyssem Troiam proficiscentem, permisisse sibi:

αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα γενειήσαντα ἴδηαι,
γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλησθα, τεὸν κατὰ δῶμα λιποῦσα,

ad quae adnotavit scholiasta quidam: τεχνικῶς. τό μὲν γὰρ παντελῶς εἴργειν τὸν γάμον ἐπαχθές, τὸ δὲ εἰς ἀνεπιτήδειον ἡλικίαν περιστῆσαι συνετόν, qui locus nostro simillimus est.

ζ. 305. Nausicaa admonet Ulyssem ut primum omnium matrem suam Areten adeat: ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ. Ad ἐπ' ἐσχάρῃ legitur in H. ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἐσχάρῃ, quod si scripsit scholiasta, amens certo fuit. Insanientis enim est ἐπ' ἐσχάρῃ per ἐπ' ἐσχάρῃ explicare. Non amplius erit, si, collato scholio ad ζ. 52 et η. 153 ex PT: ἷζετ' ἐπ' ἐσχάρῃ. ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ, et hic scribatur: ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ. Fuit autem, qui haec observavit scholiasta, non alius quam ipse Aristarchus, ut ex Lehrsii Quaestt. Epicis didici, p. 87. „Observat (Aristarchus) aliquoties in exemplis ubi ἐπί

cum dativo est: *ἀντὶ τοῦ παρά.* Z. 15, 25. Video quo hoc maxime tendat: scilicet ut demonstretur hoc modo ex poëtae more recte intelligi posse *'Αθηναίης ἐπὶ γούνασι,* Z. 92, 303." Adscribam ex his scholion ad Z, 92, quoniam nostri loci in eo mentio fit. *ἐπὶ] ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τῆς παρά, ἵν' ᾖ παρὰ γούνασιν· ὀρθὰ γὰρ τὰ Παλλάδια κατεσκεύασται. καὶ ἐστὶν ὅμοιον τῷ ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ, ἀντὶ τοῦ, παρ' ἐσχάρῃ· ἡ γὰρ ἐπὶ τὴν ἐπάνω σχέσιν σημαίνει. διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν.* (Scholl. Bekk. p. 179.)

Ulysses, apud Alcinoum introductus ita ei placet, ut eum, quem modo viderat, quocum semel tantum collocutus est, cuius etiam nomen ignorat, generum habere sibi cupiat: (*η*. vs. 311 seqq.):

αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ 'Αθηναίη καὶ ῎Απολλον,
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, τά τε φρονέων ἅτ' ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι κτέ.

Hoc Alcinoi tam subitum affinitatis cum ignoto contrahendae desiderium Aristarcho nimium visum est: *τοὺς ἓξ 'Αρίσταρχος διστάζει 'Ομήρου εἶναι. εἰ δὲ καὶ 'Ομηρικοί,* („i. e. etiamsi nihil continent quod a consuetudine sermonis et antiquitatis Homericae abhorreat. Sic recte interpretatur Lehrs. Ar. p. 354." Dind.) *εἰκότως αὐτοὺς περιαιρεθῆναί φησι. πῶς γὰρ ἀγνοῶν τὸν ἄνδρα μνηστεύεται αὐτῷ τὴν θυγατέρα καὶ οὐ προτρεπόμενος ἀλλὰ λιπαρῶν;* Oblocutus est Aristarcho *λυτικός* quidam, hos versus ex antiquis moribus Homero vindicans, atque, quod iis raro admodum contigit, iure Aristarcho oblocutus est, his verbis: *ἄτοπος, φασίν,* (fort. *φησίν,* i. e. Aristarchus.) *ἡ εὐχή· μὴ γὰρ ἐπιστάμενος ὅστις ἐστὶ μηδὲ πειραθεὶς εὔχεται σύμβιον αὐτὸν λαβεῖν καὶ γαμβρὸν ποιήσασθαι.* (*ἀλλ'* inser.) *ἦν μὲν παλαιὸν ἔθος τὸ προκρίνειν τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων καὶ δι' ἀρετὴν ἐκδιδόναι τὰς θυγατέρας, ὡς καὶ ἐπὶ Βελλεροφόντου, Τυδέως, Πολυνείκους. οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ π ο λ λ ο ί, ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως· „βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας."*

(Od. ω. 253.) ὁρᾷ δὲ δὴ καὶ ἐκ τῆς ὄψεως τὸν Ὀδυσσέα καὶ ἐκ τῶν λόγων τεκμαίρεται τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός. Cur ἀλλὰ inserendum duxerim, neminem latere potest. Est enim initium responsi τοῦ λυτικοῦ ad obiectionem modo memoratam, et facile poterat ἀλλ' exidere propter praecedens ποιήσασθαι. Sed et aliud mendum residet. Semper enim fuit haec opinio τῶν πολλῶν, ut virtutem, etiam bellicam, etiam τὴν ἀπὸ ὄψεως, post nummos ponerent, non eam nummis praeponerent. Sed pro οἱ πολλοὶ certa coniectura οἱ παλαιοὶ reponendum est, quorum mores in iungendo matrimonio a sui temporis moribus differre scholiasta monere debuerat; nam in hac oppositione totus rei cardo vertitur. Repetitur idem statim scholion ex PQ — nam quod nunc emendavi ex T est — ibique sine mendo legitur: ἐκεῖνο δὲ ῥητέον ὅτι παλαιὸν ἔθος τὸ προκρίνειν τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων, καὶ δι' ἀρετὴν etc. plane ut supra. οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ παλαιοί, ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως. Saepissime in nostris pro παλαιοὶ irrepsit vitiosum πολλοί. Correctum est ad θ. 163, ubi Q habet ἡ δὲ χρῆσις παρὰ τοις παλαιοῖς ἔχει, „E. in scholio breviori πολλοῖς." Non correctum est ad κ. 180, ubi de θηήσαντ' ἔλαφον dicitur: ἔθος γὰρ τοῖς πολλοῖς θαυμάζειν τὰ ἀπὸ ἄγρας εἰλημμένα, immo τοῖς παλαιοῖς. Idem vitium eodem remedio sanandum apud Joannem Characem, cuius locum protulit Lehrsius Quaestt. Epic. p. 103. καὶ ἰστέον ὅτι τὰ ἕνεκα διαφόρου σημαινομένου ἐγκλινόμενα ἐγκλιτικὰ καλοῦσιν· —— τὰ δὲ τὴν αὐτὴν σημασίαν φυλάττοντα ἐγερτικὰ οἱ πολλοὶ (?) καλοῦσι διὰ τὸ ἐγείρειν τὴν πρὸ αὐτῶν ὀξεῖαν καὶ μηδὲν ἄλλο δηλοῦν· ὅμως δὲ κοινῶς πάντα ἐγκλιτικὰ καλεῖται, in quo loco ad interrogationis signum, a Lehrsio positum, ita respondendum esse puto: Lege: τὰ δὲ τὴν αὐτὴν σημασίαν φυλάττοντα ἐγερτικὰ οἱ παλαιοὶ καλοῦσι.

Ad θ. 5 observatur: ὡς ἂν περὶ τὰ ναυτικὰ ἐσπουδακότας, εἰκότως καὶ τὸν τόπον τῆς ἐκκλησίας πλησίον τῶν

νεωρίων *κατεστήσατο*. Unde accusativus ἐσκουδακότας venerit, nemo excogitare potest, quamobrem Dindorfius: „fort. ἐσπουδακότων." Sed quis est, qui κατεστήσατο τὸν τῆς ἐκκλησιας τόπον πλησίον τῶν νεωρίων? Num Alcinous? Sed et adiectum nomen oporteret et semper fuit ibi Phaeacum forum. Utrique malo medebimur, si, duce ipso Homero, dicente: ἡ (sc. ἀγορὰ) σφιν παρὰ νηυσὶ τέτυκτο, legamus: ὡς ἂν περὶ τὰ ναυτικὰ *ἐσπουδακότες*, εἰκότως καὶ τὸν τόπον τῆς ἐκκλησίας πλησίον τῶν νεωρίων *κατεστήσαντο*, nempe Phaeaces.

Quum Alcinous populares suos saltantes Ulyssi exhibere vellet:

αἰσυμνῆται δὲ κριταὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν — —
λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα, (θ. 260.)

Sed: οὐ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν, ἀλλα *προέτευξαν* τοῖς ἄλλοις. Quoniam autem verbum προτυγχάνειν non habet iubendi significationem, quae hic unice requiritur, nec, si vel maxime hanc haberet, ex eo procudi potest aor. προέτευξα, — nam omnino προὔτυχον oportuit, — et quoniam inter ευ et α perpetua confusio est, (cfr. ad α. 389, ubi pro versu Homerico καί τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος *ἀρέσθαι* in H. est εὑρέσθαι,) haec igitur quum ita sint, pro προέτευξαν rescribendum est, quod unusquisque dixisset: οὐ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν, αλλὰ *προσέταξαν* τοῖς ἄλλοις.

Cur tandem Phaeaces Ulyssem dormientem in patriam reduxerint, saepe in scholiis quaesitum est. Et plerisque scholiastis causa haec esse videtur, quam ad ν. 119 ex Heraclide Pontico Porphyrius sine dubio affert. συνειδότας γὰρ ἑαυτοῖς φιληδονίαν καὶ ἀπολαυστικὸν τρόπον, καὶ δεδιότας μήτις αὐτοὺς ἄλλος ἐπελθὼν ἐκβάλῃ ἀπὸ τῆς χώρας, δύο ταῦτα ὑποκρίνασθαι, φιλοξενίαν τε πρὸς τοὺς παρόντας, ταχεῖάν τε ἀπόπεμψιν πρὸς τοὺς ἐλθόντας, πάντα δὲ ἐργάζεσθαι, ὅπως αὐτῶν ἡ οἴκησις λανθάνῃ, καὶ διάστημα ὅσον ἐστὶ μὴ γινώσκηται. Eadem fere afferuntur ad η. 318. τίνος ἕνεκεν ὑπνώττοντα 'Οδυσσέα ἄγουσι Φαίακες; φαμὲν οὖν ὡς εἰδότες τὸ

ἁβροδίαιτον ἑαυτῶν καὶ τὸ περὶ τοὺς πολέμους ἀσθενές· φησὶ γοῦν· „οὐ γὰρ Φαιήκεσσι κτέ.”· οὐδένα θέλουσιν ἀκριβῶς μαθεῖν ποίοις οἰκοῦσι τόποις, ἐπανάστασιν πολεμίων δεδοικότες. τούτου χάριν καὶ μισόξενοι, καὶ τοὺς ἀφικομένους ἀποστέλλουσι τάχιστα καὶ κοιμωμένους, ἵνα μὴ τὴν ὁδὸν μάθωσι. διὸ καὶ κοιμώμενον ἀποτίθενται τὸν Ὀδυσσέα, διὰ τὸ μὴ ἰδεῖν εἰς ποῖον λιμένα ἀναπλέουσιν. Quod si Ulysses discernere potuisset, εἰς ποῖον λιμένα οἱ Φαίακες ἀναπλέουσιν, etiam si eorum regio Ithacae proxima esset, sine dubio Lynceo acutior cernere debuisset. Nec hoc curant Phaeaces, ut Ulysses nesciat, ad quem portum revertantur, sed id eum omnesque hospites celare volunt, ubi terrarum Phaeacum insula sita sit, id semper agunt ὅπως αὐτῶν ἡ οἴκησις λανθάνῃ, καὶ διάστημα ὅσον ἐστὶ μὴ γινώσκηται, et in nostro scholio, ἵνα μὴ τὴν ὁδὸν μάθωσι, et neminem volunt accurate scire ποίοις οἰκοῦσι τόποις. Si quis autem hoc iam sciret, quam coeli regionem incolerent, non multum eos adiuvabat, hunc nescire εἰς ποῖον λιμένα ἀναπλέουσιν. Sed λιμένα istud nihil est nisi infelix Struvii coniectura pro eo, quod in codd. est: διὰ τὸ μὴ ἰδεῖν εἰς ποῖον καὶ ἅμα ἀναπλέουσιν, quemadmodum apud Buttmannum exaratum invenimus. In hoc tamen monstro lectionis latet verissima lectio haec: διὰ τὸ μὴ ἰδεῖν εἰς ποῖον κλῖμα ἀναπλέουσιν. Nempe scriptum erat *ΚΛΙΜΑ*, in qua scriptura quum pro *ΚΛΙ* scriptum esset *ΚΑΙ* errore frequentissimo, de ceteris μα factum est ἅμα, cuius rei iam plurima apposuimus exempla. Quid sit κλῖμα nemo melius interpretabitur, quam ipse scholiasta, qui, κ. 189, ad verba: ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος etc. annotavit: ἀγνοοῦμεν, φησί, ἐν ποίῳ κλίματί ἐσμεν, καὶ οὐ δυνάμεθα συγκρῖναι ὡς πρὸς ἑτέραν χώραν εἰ ἀνατολικοί ἐσμεν ἢ δυτικοί. Sic igitur et Phaeaces hospites suos ignorare volebant πότερον ἀνατολικοὶ ἦσαν ἢ δυτικοί.

θ. 581 seqq. rogat Alcinous Ulyssem lacrimantem ἦ τίς τοι καὶ πηὸς ἀπέφθιτο Ἰλιόθι πρὸ, — — ἤ τίς που καὶ ἑταῖ-

ρος ἀνήρ κτέ. Ad haec in scholio dicitur: σαφῶς ἐκ τούτου δηλοῦται ὅτι πηός οὐ κατ' ἐπωνυμίαν οἰκεῖος ἤ φίλος, ἀλλ' ἑταῖρος, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων. ἐπιφέρει γοῦν ἀντιδιαστέλλων „ἤ πού τις καὶ ἑταῖρος ἀνήρ," ὁρισμὸν ποιῶν. Haec inter se aperte pugnant. Nam si πηός est οὐ κατ' ἐπωνυμίαν οἰκεῖος ἤ φίλος sed ἑταῖρος, quomodo, quaeso, statim subiungere potest: ἐπιφέρει γοῦν ἀντιδιαστέλλων „ἤ πού τις καὶ ἑταῖρος ἀνήρ," ὁρισμὸν ποιῶν? Haec sic sananda videntur: δηλοῦται ὅτι πηός ὁ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖος, (i. e. affinis), ἀλλ' (οὐχ ins.) ἑταῖρος, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων, abiecto glossemate ἤ φίλος ad ἑταῖρος adscripto, et ita recte potest dici poëta ipse τοῖς πηοῖς opponere „ἤ πού τις καὶ ἑταῖρος ἀνήρ," ὁρισμὸν ποιῶν.

κ. 277. scholion est ad Ἑρμείας χρυσόρραπις: οὐχ ὡς Αὐτολύκου πατήρ, — — ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος θεός, καὶ τὸν σπουδαῖον εἰς λόγον τιμᾷ. Quid sit ὁ λόγος θεός nescio; sed probe notus mihi est Hermes ὁ λόγιος θεός, quem itidem scribae obscuraverunt ad χ. 240. οὐκ ἀληθῶς εἰς χελιδόνα μετεβλήθη ἡ θεός, οὐδὲ Ἑρμῆς ὁ λόγος ὄρνιθι ἐοικὼς cet. immo vero: οὐδὲ Ἑρμῆς ὁ λόγιος. Praeterea in nostro scholio mallem: τὸν σπουδαῖον εἰς λόγους.

κ. 351, ad Homeri versum: ἐκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵτ' εἰς ἅλαδε προρέουσιν observatur: οὔτε γράφει Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δέ, οἳ εἰς ἅλα. δεύτερον δέ ἐστιν ἡ εἰς. In his primum pro οὔτε reponendum est οὕτω, ut coniecit Dindorfius, ex cuius nota video, etiam ita emendasse Duentzerum, (p. 83) „qui Zenodotum οἵτε ἅλαδε, Aristarchum οἵτ' εἰς ἅλαδε legisse coniicit." Quod si ita est, fortasse pro οὔτε non οὕτω reponendum est, sed id ipsum quod Duentzerus volebat legisse Zenodotum, nempe οἵτε, omisso εἰς. Verba, quae de lectione Aristarchea agunt, non minus corrupta sunt. Ad haec: Ἀρίσταρχος δέ, οἳ εἰς ἅλα. δεύτερον δέ ἐστιν ἡ εἰς, Buttmanni observatio est: „Suspicor primas duas vocis δεύτερον litteras iungendas esse praecedenti ἅλα, caeteras autem natas

ex oblitterata in antiquiori aliquo codice scriptura vocis περισσή." Comprobavit haec Dindorfius, addens: „Hanc conjecturam commendant verba corrupta in fine scholii: καὶ γὰρ ὧδε νῦν τ' εἰς δή, ὡς τὸ „αὐτὸν μιν," (δ. 244) καὶ „ἀμφὶ περὶ κρήνην." (Il. β. 305), quae absunt a Q, ex H autem post Buttmanni demum editionem ab Cramero edita sunt. Quorum sensum hunc esse patet, in αὐτὸν μιν et ἀμφὶ περί alterutrum ex abundanti eodem modo additum esse quo hic εἰς ἄλαδε pro simplici ἄλαδε dictum sit." Haec Dindorfius. Ceterum ut „verba corrupta in fine scholii" hunc sensum praebeant, quem iis inesse vere dixit Dindorfius, scribantur ita: καὶ γὰρ ὧδε νῦν τὸ εἰς — δε (i. e. εἰς ἄλαδε), ὡς τὸ cet. Sed redeamus ad: Ἀρίσταρχος δέ, οἱ εἰς ἄλα. δεύτερον δέ ἐστιν ἡ εἰς. Buttmanni coniectura Ἀρίσταρχος δέ, οἱ εἰς ἄλαδε. περισσὴ δέ ἐστιν ἡ εἰς, acutissima est ad sensum, quem recte expressisse revera comprobatur iis, quae ex H postea accesserunt. Sed περισσή nimis recedit a literarum forma, nec facile explicet quis, quomodo literae υτερον in περισσή abire potuerint. Si conferimus scholion ad Il. B. 305 in nostro scholio memoratum, scriptum reperiemus ad ἀμφὶ περί: οὐ διὰ τὸ μέτρον αἱ δύο προθέσεις, ἀλλὰ etc. Hoc ipsum in nostro scholio reponendum arbitror: Ἀρίσταρχος δέ, οἱ εἰς ἄλαδε. διὰ τὸ μέτρον δέ ἐστιν ἡ εἰς, quae voci δεύτερον magis similia sunt, eundemque, quem Buttmannus volebat, sensum praebent, nempe εἰς abundare et metri causa pro ἄλαδε dictum esse εἰς ἄλαδε. Ne quis autem eo offendatur, quod διὰ δὲ τὸ μέτρον cet. scriptum oportuit, sciat in scholiis δέ saepius paulo remotius poni, v. c. in scholio paulo supra allato: ἡ γῆ δέ ἐστι κοινόν, et saepissime alibi.

λ. 235 seqq. narratur, quomodo Neptunus τὴν Τυρὼ per vim compresserit: λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν. Ad hunc versum in M dicitur: ἕξει σεμνοτάτῃ κοσμεῖ τὸ αἰσχρόν, ὡς ὁ Ξενοφῶν „ἔγνω αὐτήν" ἀντὶ τοῦ „ἐμίγη." Quicunque compertum habebit, ἕξις significare „ha-

bitus," ridebit ad ea: *ἕξει σεμνοτάτῃ κοσμεῖ τὸ αἰσχρὸν*, nam quae in ea re ἡ τῆς ἕξεως σεμνότης sit, difficile est intellectu. Quid igitur? Reponendum est: *λέξει σεμνοτάτῃ κοσμεῖ τὸ αἰσχρὸν*, in re subturpi poëta usus est verbis honestis splendidisque, non *ἐμίγη αὐτῇ*, sed *λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην*, et sic intelligi potest cur addatur, *ὡς ὁ Ξενοφῶν* „*ἔγνω αὐτήν*" in eadem re. Ceterum ubi haec verba Xenophonti usurpata sint non magis investigare potui quam Dindorfius in annotatione scribit se potuisse. Cogitaveram de Xenophonte Ephesio, sed de hoc semper additur: *ἐν Ἐφεσιακοῖς* et ne apud hunc quidem hoc verbum legi videtur. In transcursu moneo, Romanos auctores, qui honestius scribebant, eo verbo saepe uti, v. c. Caesar. B. G. VI. c. 21. „Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus."

o. 16 haec legitur locutionis *βοὴν ἀγαθὸς* pro *ἀνδρεῖος* positae explicatio: *αἱ τῶν ἀνάνδρων βουλαὶ κατὰ καιρὸν συμβουλῆς τῆς μαχίμου συστέλλονται, καὶ ἀγεννῶς πολλάκις ἐκλιμπάνουσι τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους δειλίᾳ· διὰ τοῦτο, φησιν, ὁ Μενέλαος γενναῖος ὑπάρχων περὶ τὸν πόλεμον ἀγαθὸς τὴν βοὴν εἶναι λέγεται.* Duplex vitium hoc loco residet in vocabulis *βουλαὶ* et *συμβουλῆς*, nam in neutro requiritur sive *βουλὴ* sive eius compositum quoddam. Legendum est: *αἱ τῶν ἀνάνδρων βοαὶ κατὰ καιρὸν συμβολῆς* [*τῆς* del. ex dittographia praecedentis -*λῆς* ortum.] *μαχίμου συστέλλονται, καὶ ἀγεννῶς πολλάκις ἐκλιμπάνουσι τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους δειλίᾳ*, et sic demum intelligi potest, cur qui fortis est *βοὴν ἀγαθὸς* dicatur. Praeterea *συστέλλεσθαι* de submissa voce dici, et *ἐκλιμπάνει με ἡ φωνὴ* de eo, cui „vox faucibus haesit," notum est, quid sit *ἡ βουλὴ συστέλλεται* et *ἐκλιμπάνει ἡ βουλὴ* omnes ignoramus. Deinde pro *συμβουλῆς* scriptum oportet *συμβολῆς*, nam non in concilio vox trepidantes deficit, sed in tumultu et congressu belli. Quam parum *βολή, βουλή* et *βοή* in codd. differant, notum est cuilibet, qui unquam eos inspexit.

Ulysses, in ξ. 115 seqq. mendici habitu apud Eumaeum moratus, dicit, fieri potuisse ut alicubi huius domino obviam factus sit, namque se ubique terrarum errasse. Respondet Eumaeus, se his nuntiis nullam fidem habere, nam multos iam antea errones et mendicos similiter dixisse, vidisse se Ulyssem eumque mox reversurum, neque tamen unquam ita evenisse, et ita tales homines dominam suam Penelopen impudenter decipere:

ὅς δέ κ' ἀλητεύων Ἰθάκης ἐς δῆμον ἵκηται,
ἐλθὼν ἐς δέσποιναν ἐμὴν ἀπατήλια βάζει·
ἡ δ' εὖ δεξαμένη φιλέει καὶ ἕκαστα μεταλλᾷ· (ξ. 126 seqq.)

Ad haec verissimam de natura humana observationem addidit nescio quis, sed eam quae nunc intelligi nequeat: *φύσεως ἀνθρωπίνης ἰδίωμα τὸ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπιστοῦντας ἡμᾶς ὅμως ἀναπυνθάνεσθαι.* Si *περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπιστοῦντας* obiectum est verbi *ἀναπυνθάνσθαι,* quid significat, interrogare eos, qui diffident necessariis? Aut si pertinet ad *ἡμᾶς,* quid sibi vult *ἡμας ἀπιστοῦντας περὶ τ. α.*? Et quid tum est obiectum verbi *ἀναπυνθάνεσθαι,* nam abesse non potest mentio eius, quem interrogare humanae naturae proprium sit, et quid tandem est: *τῶν ἀναγκαίων*? Estne nominativus *οἱ ἀναγκαῖοι* an *τὰ ἀναγκαῖα*? Ex his *οὐδὲν ὑγιὲς* exscalpi potest. Quin verba manifeste corrupta emendanda sunt in hunc modum: *φύσεως ἀνθρωπίνης ἰδίωμα, (τοὺς) ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων ἀπατῶντας ἡμᾶς, ὁμῶς ἀναπυνθάνεσθαι.* Insitum est in humana natura, eos quos scimus nos decipere ob victum quotidianum (*τοὺς ἀπατῶντας ἡμᾶς ὑπὲρ τ. α.*) tamen interrogare [1]). Vocabulum *ἀπατῶντας* in *ἀπιστοῦντας* abiit plane eodem modo, ut in Scholiis Venetis ad B. 6 „non

[1]) Particulae *ὑπὲρ* et *περὶ* saepissime apud omnes Graecos scriptores cum sententiae damno de loco certant. In nostris iterum pro *περὶ* restituendum est *ὑπὲρ*, ad ν. 119, ubi dicitur; Phaeaces *οὐ διανιστᾶσιν αὐτὸν περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν χάριν τῆς παραπομπῆς ἀπαιτεῖν.* Immo *ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν κτέ.*, i. e. Ulyssem dormientem non excitant, ne videantur mercedem postulare, quod eum in patriam reduxerint.

dixit Aristonicus de Somnio: *πέμπεται ἐπ' ἀπίστῳ καὶ κακῷ*, sed *ἐπ' ἀπάτῃ*," ut verissime emendavit Lehrsius in Emm. Scholl. Homericorum p. 459. Scholiastae, — ut hoc quoque moneam, — promiscue utuntur usitatiore *ἐξαπατᾶν* et *ἀπατᾶν*. Legitur simplex p. 88. l. 20. *ἐμφαντικῶς τὸ ὅλον, ὡς καὶ τὰ πρῶτα δολίως ἀπατώσης αὐτούς;* p. 89. l. 11. *τὸ μὴ διηγήσασθαι τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ τὰς φωνὰς αὐτὰς θεῖναι ἐξ ὧν ἠπάτησεν, φαντασίαν ἔχει τῆς ἀληθείας*, et praeterea p. 125. l. 11: p. 575. l. 28; p. 685. l. 10; p. 707. l. 15; p. 721. l. 13. Sed et Attici iuniores verba *ἀπατᾶν* et *ἐξαπατᾶν* promiscue adhibent, et Xenophon quidem ambo scripsit in eadem sententia, a Dindorfio et Cobeto ab immani vitio liberata: *ὁπότε γε καὶ οἱ παῖδες ὅταν παίζωσι ποσίνδα δύνανται ἀπατᾶν προΐσχοντες ὥστε ὀλίγοι τ' ἔχοντες πολλοὺς δοκεῖν ἔχειν καὶ πολλοὺς προέχοντες ὀλίγους φαίνεσθαι ἔχειν, πῶς οὐκ ἄνδρες γε τῷ ἐξαπατᾶν προσέχοντες τὸν νοῦν δύναιντ' ἂν τοσοῦτα μηχανᾶσθαι;* Hipparchicus V. § 10.

Antinous, Ulyssem mendicantem conspicatus, iratus rogat: *τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε, δαιτὸς ἀνίην;* (ρ. 446.) Paraphrasi haec redduntur ita: (*τίς δαίμων*) *πρὸς ἡμᾶς ἤγαγε λύπην καὶ εὐωχίαν;* quae ridicula sunt. Buttmannus: „immo *τῆς εὐωχίας*," ad sensum apte, sed, ut saepe, nimis a literis depravatis discedit. Multo lenius et ad vitiosam scripturam magis accedens corrigi potest: (*τίς δαίμων*) *πρὸς ἡμᾶς ἤγαγε λύπην κατ' εὐωχίαν.*

Ubi κ. 491 seqq. mentio iniicitur de vate Tiresia, his verbis:

— — — — *Τειρεσίαο,*
μαντῆος ἀλαοῦ, τοῦτε φρένες ἔμπεδοί εἰσιν·
τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν,

ad haec igitur verba complura scholia sunt, ex HQ: *φασὶν ὡς δράκοντας δύο ἐν Κιθαιρῶνι μιγνυμένους ἰδὼν ἀνεῖλε τὴν θήλειαν, καὶ οὕτως μεταβέβληται εἰς γυναῖκα, καὶ πάλιν*

τὸν ἄρρενα, καὶ ἀπέλαβε τὴν ἰδίαν φύσιν. τοῦτον Ζεὺς καὶ Ἥρα κριτὴν εἵλοντο, τίς μᾶλλον ἥδεται τῇ συνουσίᾳ, τὸ ἄρρεν ἢ τὸ θῆλυ· ὁ δὲ εἶπεν „οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ, τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα." („Hesiodi ex Melampodia versus, ut annotavit Tzetzes." Dind.) διόπερ ἡ μὲν Ἥρα ὀργισθεῖσα ἐπήρωσεν, ὁ δὲ Ζεὺς τὴν μαντείαν δωρεῖται. Eiusdem fere argumenti etiam in cod. T scholion est, sed tam male habitum, ut Dindorfius in annotatione dixerit: „Corruptum codicis T scholion ex Pherecyde excerptum dabimus in Appendice." Legitur ibi p. 782: „Ad versum 493. T. p. 189. ἀλαοῦ: τυφλοῦ, παρὰ τὸ ἀλᾶν ἢ λάειν, ὅ ἐστι τὸ βλέπειν. πηρωθῆναι δ' αὐτὸν (adde φησι) Φερεκύδης ἰδόντα τὴν Ἀθηνᾶν λουομένην ἐν τῷ παρθένον ὑπάρχουσαν καὶ κορευθεῖσαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος εἰς τὸ καὶ εσθαι μέλλειν ὑπὸ Εὐήρου τοῦ πατρὸς εἰς ἄνδρα μεταβαλέσθαι γνωμῃ τοῦ θεοῦ καὶ μ ί α ν τ ὴ ν γενέσθαι (sic) καὶ μετὰ ταῦτα Ἥραν ἐρίσασαν μετὰ Διὸς κ α ὶ περὶ τῆς ἡδονῆς παρ' ὁποτέρῳ τὸ πλεῖόν ἐστι Τειρεσιαν ἐρέσθαι. τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι μᾶλλον ἥδεται γυνή. διὸ καὶ πηρωθῆναι ὑπὸ Ἥρας, ὁ δὲ Ζεὺς δωρεῖται τὴν μαντείαν. Scholion locis pluribus corruptum et defectum, ut vel ex illis verbis apparet παρθένον ὑπάρχουσαν καὶ κορευθεῖσαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος, quae nunc ita collocata sunt ut ad Ἀθηνᾶν referri videantur, quod absurdum est. Post ἐν τῷ fluvii nomen et alia plura excidisse videntur. Nihil lucis affert Apollodori narratio, licet ipsa quoque ex eodem Pherecydis loco sumta." Ita Dindorfius. Et corrupta haec quidem sunt, sed sic ut sint πάντα τὰ τραύματα ἰάσιμα. Videamus primum, quibus in rebus haec conveniant cum scholio ex HQ et quibus in rebus discrepent. Omnes consentiunt in eo, Tiresiam et marem fuisse et feminam, eumque oculis captum dono accepisse vaticinandi artem. Sed cur occaecatus fuerit, et quam ob causam vaticinandi artem acceperit et quomodo ex viro femina factus sit rursusque virilem formam recuperaverit, ea de re mythographi

dissensisse videntur. Itaque si Pherecydis sententia fuit, eum caecum esse factum, quod Athenam in flumine quodam lavantem conspexerit, quae Dindorfii coniectura sine dubio vera est, sequitur eiusdem non esse quae statim post dicuntur. Eiusdem enim Pherecydis non potest esse opinio: *πηρωθῆναι τὸν Τειρεσίαν ἰδόντα τὴν Ἀθηνᾶν λουομένην ἐν τῷ....* (flumine quodam) et statim post: *διὸ καὶ πηρωθῆναι ὑπὸ Ἥρας.* Quae igitur post *ἐν τῷ* narrantur alius, — vel aliorum, — fuit sententi, cuius nomen fortasse latet in iis, quae post *ἐν τῷ* „excidisse videri" recte monuit Dindorfius. Huius mythographi nomen fuisse suspicor *Ἀρίαιθος,* cuius ad sequentem versum mentio fit in nostro codice: *Ἀριαιθός φησιν Ἥραν μεταβουλεύουσαν* (*μεταβοῦσαν* T) *ἐπὶ τῷ πηρῶσαι αὐτὸν αἰτεῖσθαι παρὰ Περσεφόνης ὥστε εἶναι αὐτῷ καὶ ἀποθανόντι τὴν μαντικήν,* quae post nostrum scholion statim debere sequi et arcte cum eo cohaerere in aprico est. Igitur, quemadmodum supra: *Φερεκύδης φησί,* sic nunc *Ἀρίαιθος δὲ* in lacuna post *ἐν τῷ* reponendum credo. Quod si cui audacius videtur, reponat: *ἄλλοι δέ.* Mihi perinde est. Sed quid dicit sive Ariaethus sive alius quis? Tiresiam *παρθένον ὑπάρχουσαν καὶ κορευθεῖσαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος εἰς τὸ καίεσθαι μέλλειν ὑπὸ Εὐήρου τοῦ πατρὸς εἰς ἄνδρα μεταβαλέσθαι γνώμῃ τοῦ θεοῦ.* Ecce paulo diversam sententiam de duplici Tiresiae natura. Narrat nempe hic noster, quisquis fuit, Tiresiam ab initio fuisse virginem, et stupratam ab Apolline, nam hoc est *κορεύειν,* quo utuntur scholiastae pro *διακορεύειν, βιάζεσθαι* vel similibus, quemadmodum iterum est ad *λ.* 290. (p. 500. l. 15) *μετὰ* (*τὸν* ins„ a praecedenti syllaba (*-τα*) absorptum.) *θάνατον Σαλμονέως Τυρὼ κομιζομένη παρὰ Δηΐονι τῷ θείῳ κορεύεται ὑπὸ Ποσειδῶνος.* Igitur pergit narrare, virginem, ab Apolline stupratam, *ἐν τῷ καίεσθαι μέλλειν ὑπὸ Εὐήρου τοῦ πατρὸς εἰς ἄνδρα μεταβάλλεσθαι γνώμῃ τοῦ θεοῦ,* id est: virginem, quum propterea a patre in ignem esset coniecta, Apollinis consilio mutatam esse in virum. Fortasse in

verbis, quae modo mutavimus, *μεταβαλέσθαι* servari potest, pro *μεταβληθῆναι* dictum, quum sequioribus saepe aoristus medius pro passivo sit. Ad rem quod attinet, nemo mirabitur virginem vi compressam tam crudeli poena a patre affici, qui recordetur horum Ovidii de Leucothees poena versuum:

> Ille (pater Orchamus) ferox immansuetusque precantem
> tendentemque manus ad lumina Solis, et, Ille
> vim tulit invitae, dicentem, defodit alta
> crudus humo: tumulumque super gravis addit arenae.
> (Metam. IV. 237 seqq.)

Sequuntur verba misere corrupta sed eo ipso facile restituenda. Dicitur virginem, ab Apolline stupratam, quum iam in eo esset, ut a patre in ignem coniiceretur, Apollinis consilio et beneficio in virum esse conversam *καὶ μίαν τὴν* (sic) *γενέσθαι.* Crederem, eam in virum esse conversam, *καὶ μάντιν γενέσθαι,* quibus verbis emendatis intelligitur, eiicienda esse quae in fine scholii leguntur: *ὁ δὲ Ζεὺς δωρεῖται τὴν μαντείαν,* non enim Tiresias et ab Apolline et simul a Iove vaticinationem accipere potest. Insiticia esse ea verba etiam orationis forma arguit, nam quum omnia praecedentia oblique dicta sint, a verbo *φησὶ* vel *φασὶ* pendentia, haec subito oratione directa dicuntur, et videntur adhaesisse ex fine scholii, simili ei scholio quod in HQ legitur. Totum nunc locum adscribam, quemadmodum eum legendum esse conieci: *πηρωθῆναι δ' αὐτὸν* (*φησί*) *Φερεκύδης ἰδόντα τὴν Ἀθηνᾶν λουομένην ἐν τῷ******. (deest fluminis nomen.) *Ἀρίαιθος. δὲ* (sive: *ἄλλοι δέ,*) *παρθένον ὑπάρχουσαν καὶ κορευθεῖσαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος, ἐν τῷ καίεσθαι μέλλειν ὑπὸ Εὐήρου τοῦ πατρὸς, εἰς ἄνδρα μεταβαλέσθαι* (i. e. *μεταβληθῆναι*) *γνώμῃ τοῦ θεοῦ καὶ μάντιν γενέσθαι. καὶ μετὰ ταῦτα Ἥραν ἐρίσασαν μετὰ Διὸς* [*καὶ*] *περὶ τῆς ἡδονῆς παρ' ὁποτέρῳ τὸ πλεῖόν ἐστι Τειρεσίαν ἐρέσθαι. τὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι μᾶλλον ἥδεται γυνή. διὸ καὶ πηρωθῆναι ὑπὸ Ἥρας.,*

in quibus verbis desunt quidem nonnulla, sed nihil quod perspicuitati loci magnopere officere possit.

Et sic in praesentia his ad scholia in Odysseam observationibus criticis finem imponamus, non quod mihi desunt, quae afferam, nam multo plura, quam quae apposui, in margine exemplaris mei delitescunt, multa etiam sunt, ubi de vitio eiusque sede apud me constat, sed ubi nondum contigit mihi reperire, quod, pro scriptura sine controversia vitiosa, ut verum et genuinum reponerem. Sed pressus temporis angustiis, et docendi munere aliisque occupationibus districtus, malui haec omnia in aliud tempus reiicere, ubi, — idque, si quid mea vota valent, mox fiet, — intermissae telae resumendae mihi dabitur occasio. Addam nunc, epilogi instar, ex permultis unam et alteram observationem, ad scholia talia, quorum textus integer est et incorruptus sed in quibus interpretandis et ad Homeri versus referendis cum Dindorfio facere non possum. Sed prius apponam quae olim a Cobeto, v. cl. in Praef. ad Platonis Comici Reliquias dicta, tam perspicue et vivide exprimunt, quale consilium in hoc opusculo concinnando secutus sim, ut eius verbis, quam meis, id significare malim: „Ubi dissentiendum fuit a viris, quorum eruditionem et acumen magni facio, (idque saepissime factum est, quia non attinebat apponere quae alii dudum recte vidissent,) conatus sum rationes cur dissentirem, modeste et cum lenitate verborum significare. Itaque si quid forte inclementius dictum possit videri, — — fervore aetatis excidit imprudenti." Quae verba ex animi sententia mea facio.

§ 7. In hoc paragrapho, ut modo significavi, commemorabo Scholia quaedam, maxime ad athetesès spectantia, quae mihi videntur ab editoribus non ad eum versum vel ad eos versus Homeri esse apposita, quibus adhaerere debent si recte intelligi et ad crisin Homericam cum fructu adhiberi volunt. Potest autem facillime fieri ut scholion quoddam longe absit ab eo

loco Homerico, cui scholiasta id addiderit, nam in margine observationibus referto ordo versus inter et scholia servari nequit.

Sic ad *λ*. 452, Agamemnon Ulyssi se apud inferos visenti haec respondet:

τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι· — — (vs. 441.)
ἀλλ' οὐ σοί γ', Ὀδυσεῦ, φόνος ἔσσεται ἔκ γε γυναικός· — (444.)
ἡ δ' ἐμὴ οὐδέ περ υἷος ἐνιπλησθῆναι ἄκοιτις (452 seqq.)
ὀφθαλμοῖσιν ἔασε· πάρος δέ με πέφνε καὶ αὐτόν.
ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
κρύβδην, μηδ' ἀναφανδά, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
νῆα κατισχέμεναι· ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.
ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
εἴ που ἔτι ζώοντος ἀκούετε παιδὸς ἐμοῖο,
ἢ που ἐν Ὀρχομενῷ, ἢ ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι,
ἤ που παρ Μενελάῳ ἐνὶ Σπάρτῃ εὐρείῃ·
οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖος Ὀρέστης.

In his igitur versibus ad 452 in cod. H est: *οὐδὲ οὗτοι ἐφέροντο ἐν τοῖς πλείστοις, ὡς μαχόμενοι τοῖς προκειμένοις.* Quoniam autem neque vs. 452 neque vs. 453 aliquid habent, quod cum praecedentibus pugnet, Dindorfius in annotatione dixit: „annotatio loco alieno posita spectat fortasse ad v. 454—456." Sed hi versus: *ἄλλο δέ τοι — ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν* habent quidem eandem sententiam, quae iam supra, vs. 441—443 dicta erat, sed et de his dici nequit: (*οὐκ ἐφέροντο,*) *ὡς μαχόμενοι τοῖς προκειμένοις.* Fortasse lucem accipiet hoc scholion si conferatur cum eo, quod itidem ex H ad vs. 458 cum lemmate: *εἴ που ἔτι ζώοντος* adscriptum est: *ἀθετεῖται διὰ τὸ εὔηθες. εἰ γὰρ ἐπέπειστο ὅτι οὔπω τέθνηκε, πρὸς τί ἐρωτᾷ, ἤ που ἔτι ζώοντος ἀκούετε;* Vera haec sunt. Attamen, si hic versus expungatur, sequentia: *ἤ που ἐν Ὀρχομενῷ κτέ.* non habent unde pendeant. Ad hos igitur versus, nempe vs. 459 et 460. *ἤ που ἐν Ὀρχομενῷ — ἐνὶ Σπάρτῃ εὐρείῃ,* refero illud scholion, quod, ad vs. 452 positum, ad vs. 454—456 referre volebat Dindorfius, itaque post scho-

lion vs. 458 collocandum est in hunc modum: vs. 458: ἀθετεῖται διὰ τὸ εὔηθες κτέ. Vs. 459 et 460: οὐδὲ οὗτοι ἐφέροντο ἐν τοῖς πλείστοις, ὡς μαχόμενοι τοῖς προκειμένοις. Cum praecedentibus non congruere hi versus fortasse propterea dicuntur, quoniam Agamemnon scire non poterat, Menelaum et Nestorem salvos in patriam rediisse, namque hoc diu postquam ipse occisus erat evenit, ideoque recte rogare non potuit, num filius apud hos moretur. Haec si probantur, — et etiam si non probantur et sola ad vs. 458 athetesis accipitur, quae a nullo interprete in dubium vocata est, — non potest stare vs. 457: ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον, nam neque coniungi apte potest cum: ἤ που ἐν Ὀρχομενῷ κτέ., nec, si mea sententia vicit, cum οὐ γάρ πω τέθνηκεν κτέ. Suspicor itaque pro eo fuisse antiquitus eundem, qui paulo post in Achillis quaestione occurrit: ἀλλ' ἄγε μοι τοῦ παιδὸς ἀγανοῦ μῦθον ἐνίσπες (vs. 492), qui si propter initium ab antiquo quodam sive scriba sive rhapsodo in notiorem hunc: ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπέ κτέ. esset conversus, ut orationis nexus constaret hi versus adiiciendi erant, quos cum scholiasta eiecimus. (vs. 458—460).

Ad α. 424: τοῖσι (i. e. μνηστῆρσι) δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν, || δὴ τότε κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος, est scholion in EHMQR: ἔνιοι „δὴ τότε κοιμήσαντο καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο." μεταποιηθῆναι δέ φασιν ὑπὸ Ἀριστοφάνους τὸν στίχον. ἐν δὲ τῇ Ἀργολικῇ προστέθειται." Mutationis causam hanc affert Nauckius, Aristoph. Byzantii fragmm. p. 57. i. f. „Videtur igitur Aristophanes flagitasse ut proci antequam somno se darent, domum abirent," et in adnotatione: „Schol. E et Q addunt: ἐν δὲ τῇ Ἀργ. προστέθειται. Quid? Nescimus." Postquam Nauckius haec scripserat, accesserunt collationes codicum MHR. in quibus tamen nihil additum est, ita ut etiam Dindorfius rogare coactus fuerit: „Quid? Videtur aliquid excidisse." Quod mihi parum probabile videtur. Conieci igitur,

sed ut in re desperata, audacius, Aristophanem reposuisse, non, ut Nauckio visum est, *δή τότε κακκείοντες* etc. quae lectio nunc in Homeri edd. dominatur, sed: *δή τότε κοιμήσαντο* etc, quod *ἔνιοι* habuisse dicuntur. Cur scripturam *δή τότε κακκείοντες* mutaverit, haec causa esse videtur, quod *βᾶν* longum ei displicuerit; quemadmodum iam ab aliis observatum est, grammaticos Alexandrinos multa mutasse, quorum rationem non perspectam haberent, inprimis ubi aliquid in Homeri lingua et metro singulare ex usu digammatis Aeolici explicandum est, Alexandrinis illis plane incogniti. Sic etiam sequentia illa obscurissima explicanda credo: *ἐν δὲ τῇ Ἀργολικῇ πρόςτέθειται*, i. e. pro: *δή τότε κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστοι* scriptum erat in Argolica editione: *πρὸς οἶκον ἕκαστος*. Ita in loco impeditissimo hariolandum duxi.

At certiora sunt, quae afferre possum ad *v.* 152. Neptunus iratus, quod Phaeaces Ulyssem in patriam reduxerunt, Iovem alloquitur, dicitque gravissima se poena afficere velle eos, ut in posterum a tali incepto absterreantur:

νῦν αὖ Φαιήκων ἐθέλω περικαλλέα νῆα ——
ῥαῖσαι, ἵν' ἤδη σχῶνται, ἀπολλήξωσι δὲ πομπῆς
ἀνθρώπων, μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.

Ad ultimum versum in H est haec annotatio critica, ex Didymo sine dubio excerpta: *Ἀριστοφάνης δὲ γράφει, μὴ δέ σφιν. ἀντιλέγει δ' ἐν ὑπομνήμασιν* (sic Porson. Cod. *δὲ ν ὑπομνημάτων*, Nauck. praefert *δὲ δι ὑπομνημάτων*) *Ἀρίσταρχος*. Quid hoc loco impellere potuerit Aristophanem, ut tralaticiam scripturam mutaret, difficile dictu est. Iure igitur Nauckio, p. 40 „non verum videtur." Quod idem in annotatione posuit: „fortasse Aristophanes scripserat: *μηδέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικάλυψον*," rem non veriorem facit. Cui enim Neptunus haec per imperativum dixisset? Iovi dixisse non potuit, qui fratri permiserat: *ἔρξον ὅπως ἐθέλεις καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ*. Neptuno autem, postquam dixit, ita se punire velle Phaeaces, Iupiter respondet: Mihi ita factu optimum videtur:

ὁππότε κεν δὴ πάντες ἐλαυνομένην προΐδωνται (sc. τὴν ναῦν)
λαοὶ ἀπὸ πτόλιος, θεῖναι λίθον ἐγγύθι γαίης
νηΐ θοῇ ἴκελον ἵνα θαυμάζωσιν ἅπαντες
ἄνθρωποι, μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.

Si ad hoc Iovis responsum lectio Aristophanea trahatur, ita ut non vs. 152 sed vs. 158 spectet, non solum non repudianda videbitur, sed unica, quae sensui apta sit. Eorum enim, quae Iupiter dicit, haec sine dubio sententia est: Si quid me audis, satis erit Phaeacum navem in lapidem mutasse et non insuper eorum urbem monte immisso evertere: μηδέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.

Talia igitur multo plura dare destinaveram. Verum, quamquam id invitus facio, ab opere discedendum est. Nam verendum, si omnia, quae etiam de genere hoc mihi observata sunt, huc proferam, ne in immanem molem libellus excrescat. Quum autem, secundum iocosum Graecorum dictum, de omnibus libris valeat illud: μέγα βιβλίον μέγα κακόν, in nullo librorum genere verius hoc crimini dari potest quam in dissertatione, quae suapte natura brevis esse et solet et debet. Accedebat et alia causa, cur multa huiusmodi nunc expromere noluerim. In multis, si inde veros fructus ad Homericam crisin redundare volumus, res ipsa flagitat, ut ante de horum Scholiorum auctoritate, de origine, de cognatione cum Scholiis ad Iliadem accuratius disputetur, ut de variis lectionibus pateat, utrum ex Didymo excerpta sint an natae ex socordia librarii antiquiorem codicem negligenter conferentis, ut scholiorum auctores, quantum fieri possit, indagentur, et multa alia huiusmodi, quae omnia longius temporis spatium exigunt, quam quod nunc his impendere potui et provectiorem aetatem, ne iuvenili errore labar in hoc studiorum genere, quod primariorum in literis virorum laboribus illustratum est. Itaque ea quae dedi nunc sufficere ratus, de ceteris usurpo quod apud Homerum est:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις.

THESES.

THESES.

I.

In Sophoclis Electra, vs. 1152:

τέθνηκ' ἐγώ σοι, φροῦδος αὐτὸς εἶ θανών κτέ.

pro verbis corruptis et varie tentatis: τέθνηκ' ἐγώ σοι legatur τέθνηκ' ἐγὼ'ν σοί.

II.

In Plutarchi Artox. c. XXVIII. in f. Κυπρογένεια δ' οὐ πάμπαν ἀναίτιος, [ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις], verba uncinis inclusa delenda sunt.

III.

Apud Dionem Chrysostomum, in orat. XIII, (p. 255 Emp.) § 8 editur: οὐ γὰρ ἂν τὸ μὲν αὐτῶν παρῄνει καὶ συνεβούλευεν ὁ Ἀπόλλων [τὸ φεύγειν], τὸ δέ, [μένειν] ἄντικρυς ἀπηγόρευε. In his duo glossemata, τὸ φεύγειν et μένειν eiicienda sunt.

IV.

Substantiva verbalia in $-\mu\alpha$ exeuntia, quae deducuntur a radicibus in vocali desinentibus, semper in antiqua Graecitate producunt penultimam.

V.

Male Nipperdeius, v. cl. in Caesaris B. G. VII. c. 1, retinuit codd. scripturam: Ibi cognoscit de Clodii caede, senatusque consulto certior factus, ut omnes iuniores Italiae coniurarent, cet., spreta unice vera Aldi emendatione: de senatusque consulto.

VI.

In Ciceronis Orat. pro Sex. Roscio Amerino c. VI. § 16. pro: Quum proscriberentur homines atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur, emendandum est: carperentur.

VII.

In Ciceronis Vatiniana c. V. § 11. Habeat hoc praemii tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur. Pro tuis legendum est: suis.

VIII.

In Ciceronis Cluentiana c. XIV. § 41. est: Illum tabulas publicas Larini [censorias] corrupisse, cet. Delendum est: censorias.

IX.

Apud Livium L. VI. c. XIII. sine sensu editur: Equitum

turmae emissae, — — ne in singulorum [morando] caede, spatium ad evadendum interim multitudini darent. Inducendum est: morando.

X.

Horat. Epist. I. 10, 47:

Imperat aut servit collecta pecunia cuique cet.

Legendum est: Imperat, haut servit.

XI.

Male Martialis editores non obsecuti sunt Lessingio epigramma libri I. XXXIX cum quadragesimo coniungendum esse monenti.

XII.

Martialis Epigr. l. V. epigr. XXXVII. vs. 14 seqq.:

Adhuc recenti tepet Erotion busto
Quam pessimorum lex amara fatorum
Sexta peregit hieme nec tamen tota cet.

Pro: peregit legatur: peremit.

XIII.

Male Propertii editores, Lachmannum secuti, eius elegias in quinque libros diviserunt.

XIV.

Verosimillima est Vahlenii coniectura, Ennii Scipionem fuisse saturam.

XV.

Quae de Salustii depravatis moribus memoriae tradita sunt, nulla idonea auctoritate nituntur.

XVI.

Madvigii sententia de Iudicis Quaestionis officio Sigonii rationibus praeferenda videtur.

XVII.

Hetgeen in den laatsten tijd tegen Philip Francis als schrijver der „Letters of Junius" is ingebracht, is niet voldoende om hem het auteurschap dier brieven te ontzeggen.

XVIII.

De verbreiding der Arthur-sage onder de trouvères en hare verhouding tot de Karel-sage is nooit voldoende verklaard.

XIX.

Beatrys, vs. 914 (ed. Jonckbloet) staat:

Want haer die rouwe int herte lach
Van haren quaden sonden,
Die si niet en dorste vermonden — —
No in d i c h t e n oec vertrecken.

Voor d i c h t e n leze men: b i e c h t e.

XX.

Floire et Blanceflor, 1e version vs. 355, (ed. du Méril):

Es-les-vos venus au castel
De Montoire, le fort, le bel.

Cod. A heeft: u il fist molt bel. Men leze: qu'il vist molt bel.

XXI.

Terecht zijn in den laatsten tijd bedenkingen gerezen tegen de linguistische theorie, dat denken zonder gearticuleerde spraak onbestaanbaar is.

XXII.

Onjuist noemt Emerson, Representative Men., Plato den meest modernen der Grieksche wijsgeeren.

XXIII.

Het gymnasiaal-onderwijs moet zijn een voorbereiding tot de Academie in denzelfden zin als het lager onderwijs een voorbereiding voor het maatschappelijk leven is.

Derhalve moeten alle vak-wetenschappen die niet tevens ontwikkelings-wetenschappen zijn, van de lijst der op het gymnasium te onderwijzen vakken geschrapt worden.

ERRATA.

Pag. 18	l. 18.	αὐτὰς	l. αὐτὰρ
„ 55	„ 19.	νῆσος	„ νῆσον
„ 89	„ 12.	nostra paraphrasi redduntur.	„ nostra paraphrasis reddit.

Cetera peccata corrigat L. B.